



Casa	
Gab.	02
Est.	
Tab.	37
N.º	4

R
37
4

~~Est. 20 72 = 22~~

~~Est. 30 grad. 4~~

Sim da Silva

~~Est. 20 72 = 5~~

Est. 20 grad. 4



AVSTO AC Felici solo tuam urbē Pater beatissime Paule. II. Venete. Pont. maxime ac fortunatis originibus positā a primis illius fundatori- bus cū secuta īperii magnitudo testat: tum in primis illud: qđ aut eodē ī loco maxima innumeraq; excellētium hoīum sunt exorta īgenia: aut un- dequa; oriūda natalis dulcedinem priāe Roma felici migratu cōmuta- rūt: fortūā maioris uicem: ac munus romana sibi mōenia fore arbitrati. Romā. n. ex iis plurimi post diffusum latāe īperium: q; in diuersis terraz partibus nati sunt: miro studio ueluti ī primū: & maximū orbis theatrū cōuolarunt. Cuius rei hodie quoq; spēm amplissimā cernimus: cum ex tot clarissimis regionibus in tua felici curia tantā maiestatis patres itue- mur: ut merito haud ita īperii iure & si id quoq; pmagnū ē ut fidei & re- ligiōis gratia sacrosanctā: q; ē splēdidior & iustior in terris p̄cipatus: ab exordio ad tātam regē molē tua urbs esse p̄parata noscat. Creuit ab exi-

guis qđē initiis (pater sancte) urbs tua īgeniis quoq; ac scriptis claroz hoīum: uariarūq; linguaz uoci- bus celebrata: quā tanq; ad speciē sui oculos luminis fulgor: ac splēdor rapit: ita quicq; magna nixum uirtute & clarā indolis sibi cōscium omni in genere mortalium fuit: claritudine ac nitore ad sese pro- priā maiestatis allexit: ut breuissime uerissimeq; poeta magnus cecinerit.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.

Septem quā una sibi muro circundedit arces.

Verum sicuti nihil æque difficile est atq; qbus ex orbis terrā partibus p̄stantioris ingenii romana fe- licitas noīs tāti magnitudine uiros ad se ornandā traxerit: ita cōstanti doctorū cōsensu ex tua Venetia liquet florētissima qđem & uiroz summoz uberrima: ingenii quosdā: & doctrinarū primarū cultu facile principes Romā accessisse. Quis est. n. Virgilio suo in genere: ut ab eo īcipiamus: maior? q; Ply- nio doctior? quis Liuius candidior & huberior? hos certe elegātissimos: & maxios misit Venetia: quo- rum reliquis de eorū laudibus loco alio seruat oratio: Patauino nostro Veneto amplissimū diuus Hieronymus testimoniū reddidit. In quo certe illud fuit: quod p̄terea fortasse datum est nemini: ut se- ipsam facilius in monumēto ære perēniore: quā uel in imēsis ædificiorū molibus: uel in legum uene- rādis sanctionibus: imperii tāti uiribus atq; magnitudine nudam: & seriā non absq; summā dignitate maiestate amplitudine: gratia: & quod est his maius oibus: æternitate oriētem simul coalescentemq; ad fastigiū usq; p̄uectā: ibiq; placidissime generi humano dominantē Romā licuerit itueri. Tibi igit p̄ticipi maximo historicorū primū & maximi īperii ornatorē: ac per te cultissimo tuo: ac modestissi- mo Marco sancti Marci cardinali: ep̄o uicentino: quam fieri potuit diligentissime recognitū: siq; unq; alias hoc tempore potissimū destinauit: morem meū tua uenia in p̄senti etiā ep̄istola seruans: ut ani- mi gratia Paulo huberius scribam: quā fortasse ep̄istola postulare: ille uero dictiōis huius erit modus Laudationē primum delibabo liuianam: rem mihi in primis arduā uires proprias æstimāti: quis enī tam elegātī frātū se putarit ingenio? quis ea doctrinā copia quis tanta erit eloquentia uel arte poli- tus uel natura p̄deditus: uel imitatione formatus uel studio p̄paratus: ut ornatores audeat ampli- tudinis Ro. imperii Liuiū non inepte: non ieiune: nō minus auctoris merito p̄dicare: quod ē tamē ideo temptandū in p̄sentiā: ne laudati romani nominis grauis p̄dicator exilem: ac modicū saltē in operis sui principio non habeat p̄conem. Conabimur illud igit: ostendemusq; deiceps: quo p̄- eunte nostris potissimum diebus ausi simus Liuium attrectare: illius auctoris admiratiōe succēsi no- stro tamē Marte impotētes ad magnificā dictiōis eius itelligētiam aspirare: quid ego deniq; ac illustri lectiōe me plurimum delecter collegisse: ita labor mihi lectiōis leuabitur: & qbus maxima debeo par- ua opera satisfaciam. Sed id primum cōfiteor nō magis opinione mea liuianā dignitatis attingi laudē posse: quā triūphātis Romā splēdorem cerni: quā oceano īperium astris famam terminauit. Satis ne cōmēdabit Liuium q; quā: qui maxime oīum iter historicos cēsetur flumīe labi perpetuo eloquētiae tanta ubertate nitore ac gloria: ut Roma. imperio par illius decus dicendo coequarit? Neq; enim urbs p̄potēs tot ānoz tantaz nationum dominatu p̄stātius armis bellauit: togæ pacis tradidit mo- rem nō sublimius in quā uictor nationum populus & eoz: quos uicit illustris moderator: aut genero- sior in rebus gerēdis: aut in gubernādo iustior fuit: quā noster historicus domitoris nationum po. fa- cta dictaq; in utriusq; sorte fortunā æquabili rettulit dictiōe. Talis quidem ac tantus sui singulis atq; oibus operis partibus: quales & quāti uiri ii fuere: & singuli: & uniuersi: quoz manibus: ac cōsiliis illa sunt gesta. Hercule. n. merito historiarum dixerim: quod alacris ubiq; incedens robustus & floridus: nulla regē difficultate: nullo obrutus pondere superatur. Nō illum uarietas cōfusus: nō simplicitas hi- storiz fastidiētē reddit in tenui: quod p̄sæpe accidit: atq; humili rerum materia: nō est exāguis: ari- dus: & ieiunus: in copia uero: ac magnitudine turgescēs nō exit ac uastus: plenus citra tumorem: æqua- bilis ac lenis citra molliciem: nec luxuriose effluens: nec nimia sterilitate tabescens: in asperis rebus nō salebrosus: neq; languēs in mollibus: nō uiolenta & coacta oratione subsultans non ita tamen copiosus ut nimius: neq; ita suauis: ut lasciuius: nec adeo lenis ut remissus: non sic tristis ut horridus: neq; ita sim



plex: ut nudus: aut adeo comptus: ut affectata compositione calamistris uideatur inustus par uerbis materia: par sententiis: rebus: in re gesta exprimenda grauis: atque magnificus & tamen succinctus ac proprius: in narratione naturalis: & semper expectatus: ordinem minime confundens & res euenta non praecurrēs minime in gratiam adulator: aut reprehēdendo parcus in ueniam: nō amarulētus in noxā ipsi quoque senatui ordini illi orbis terrae moderatori uenerādo. Po. q̄ Ro. terrae principi: si uel temeritate praecipites uel errore lapsi: uel quacūq; forent ratione supra modum iustumque euecti nequaquam parcens. Res etiam aduersariorum debita commendatione nō defraudans: ut modo narrator tātum modo censor esse uideatur: atque ita seuerus & tetricus ut ne censoribus quidem grauissimis quibus nihil Romae sanctius fuit: ubi factus usus fuit: unquam ignouerit. Quibus quod uirtutibus summis clarissimisque scriptoribus comparatur: sicuti in sententiarum ubique praecipue tamen in consiliis & disceptationibus maiestate: at uero in concionibus ante omnia uerborum parcus: sententiarum diues: multo est uerbis quam sensu restrictior atque concisior: in qua parte nō ceteros scriptores tantum: sed seipsum quoque longe antecellit: ut aliquanto augustius differens sermone humano ad oraculorum poene responsa accedere iudicet. Quae res si sunt ulla arte acquisitae: cur nemini unquam discipulo aemuladae tradi potuere cur a quo sint praepceptore sumptae: non differitur. Sin ut potius reor naturae fuerunt excellentis: uiro unico illi & singulari magis caelitus praebitae quam humanitus: uel traditae uel meditatae sunt censenda: ut maiestas illa aeternae rationis simul ac Romanum potētatum decreuit: tantopere supra omnia imperia eminere continuo quoque eiusmodi scriptorem eius decerneret: qui dictionis gloria par. Ro. potentatui aequalem in omnibus sibi historicum neminem unquam foret habiturus. Nam nemo plenius aures hominum implet: uiuidius animos penetrat: excitatque facilius affectiones: nemo acrius proponit uahementius persuadet: asperius irritat: urget impetius. nemo dissoluit aptius: sedat facilius: uelocius dissuadet: cumque in delectando sit summus: in amplificando ditissimus: exemplis in primis copiosus: sti mulos praecipue habet utranuis in partem accommodatissimos: aculeosque acerrimos & tormētis uerba simillima: ut quocūq; itenderit: humanos illuc sensus affectionesque uel torrentis rapiat modo: uel turbinis more prosternat: uel roris uice refrigeret: blandique malagmatis ad omnem mollitudinem restinguat exemplo. Extollat Timotheum alii Orpheum praedicent: illum fidibus & cantu armatorum rabiem: istum dirarum horricos tumultus lenisse. Illorum profecto artes perdiscere nemo est uetitus: huius ne ediscerentur conciones: edicto est principum interdictum: quoniam tātus nullo quisquam fuerit tempore in flectendorum quouis animorum: uel artificio: uel gratia: uel natura. Quid multis inuor: nō materiae magis Liuii decades felicitate censenda sunt: quam ipse Romanorum idē felicissimus potentatus quod Liuium illi contingit habere praekonem: huius sit orationis summa: hic cardo: ueluti solum Ro. imperium denuo reflorescēs: aut nulla mundi potētia Romā rediuiuā ex suis bustis: ac igitur moliū parietinis quae sparsa: lacera: & trunca cōspicimus: excitabit: iustaurabitque oīno: pari modo: aut Liuius si restituaat ab iseris: aut mortalium quae sunt: quicquid erūt: nemo extinctas suae historiae partes renouabit: aut similes cudet. Quod si cuipiam dicere nimis uideor: ea historiae mābra in manus sumat: quae noster Liuius semel absoluerat: nā hodie quoque ex graecorum thesauris supstes ad nos puenit historia: & uel ex Polybio magno quod illo & graui scriptore primū puicū bellū: a Fabii retro Gurgitis & collegae ichoas quod ibi desit: Liuius consulatu uel ex Appiano alexandrino: uel auctorum alio bella ciuilia socialiaue aut cetera romanorum regē membra cōplectat. At sunt uiri clari: & nobiles: quae haec cū laude uerterūt in latinū: nō equidem inficias eo uerum ea non sunt talia: ut cum liuianis scriptis conferant. Haec pauca de liuio. Ad primi aeuo nostro prelectoris eius memoriam propero: nec tacebo Franciscum Petrarca: quod fando accepi: modestissimū illum quidem: & amoeni cultus: atque ingenii uirum non mediocriter tempestate sua in liuiana historia uigillasse: sed ille: ut dicam: cum Pacuio sibi profecit: & musis: illud uerissime referre me puto primum omnium aetate nostra Victorinum feltrensem lectionem publice audientibus praebuisse liuianam ingēti hominum admiratione & fama. Quo uiro: quia mihi Christus Dominus dedit: ut altore sim usus atque praepceptore: ueniam praefatus: peto: ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente perstrigam. Victorinus feltrensis aui nostri Socrates: saeculi sui ornator ac decus: fama & gloria academiae mantuanae: uiuēs ille quidem uite constantia uenerabilis: legēs admirabilis absens quaesitus: mortuus admodum desideratus: hospes ille quinimo pater pauperum studio: sororum: humanitatis suscitator: latinitatis erector sapientiae magister honestis specimen bonitatis exemplum: diuitiarum contēptor: ingeniorum subleuator: & alia pleraque: & Liuium primus ut itactum pelagus atque inexpertum noster Tihpys aperuit: & patauinos thesauros hesperidum hortis clusiores patefecit: ille quidem in Italiae natus ueneto angulo Patauii partim: partim Venetiis ingenti gratia & fama: & quod est in docentibus laudatissimum: magna docuit cum integritate: ubi cū auditorum liberalitatibus grandem posset pecuniā facere: ita diuitum scholasticorum dona capiebat neque. n. uir ille quaestuo docebat mercaenario ut Proculi illius socratici praepceptoris more atque instituto daturus aliquid: aliquid fumeret: ut diuidēda haberet in pauperes studiosos: tātum. n. aberat: ut fundis delectaret ac peculio: ut singularibus annorum oīum contentus uestimētis aestatis atque hyemis: quotannis in egentiores: quos domi alebat: & docebat: bina sua diuideret suis manibus indumenta. Haec fama uirtutum Io. Franciscum Marchionem illum iclytum mātuānum: Car. illustri: ac liberalissimi mātuani auū ad illum Mātuam trahendum icendit: quo cum plurimo honore: & donis tādē uenisset principis liberis datus est praepceptor. Istic ego sum illo usus parente & magistro. Istic Liuii decadum partem praegentem audiui: quae

ideo non fuit silentio prætereundum: ut si quid in recognitione profeci: auctori acceptum Victorino referatur: tantum enim ab est: ut me poeniteat præceptorum meorum gloriae ut id unum ac maximum docti animi atque ingenii argumentum censeam: a quibus ipse hauserim omnia fontibus referre magistrorum. Qui plura uoluerit discere de Victorino: sunt. n. eius omnis splendoris: ac dignitatis plene actione Saxoli pratensis inter condiscipulos nostros minime contemendi: quam admodum iuuenis ille fato concesserit: librum legat de uita & moribus Victorini: aut ceterorum: quibus laudi magna est: non mores: & uita solum uerum etiam totam Victorini scholam perscripsisse: quorum scriptis potueram equidem esse contentus: nisi in eadem cultus officina: obtusiore licet scalpro: mihi uisus in presenti epistola fore non absque ingratitude potuisse dissimulare ac præterire Victorinum. Venio ad te pater colendissime: cui: ut ipse nostri: maxima debeo: atque: ut ceteri se in hac quoque haud exigua humanitatis parte tibi debere sciant: cogor ostendere: tua enim opera subsidioque: ac liberalitate impressorum nostrorum ars iuuatur: & crescit: unde mirum in modum egenorum necessitatibus subuenitur: cum doctissimus ipse ac minime inuidus libros excellentes omnis generis habens facultatum: nobis uolens & expositus bibliothecam tuam semper aperias. Tu uero: ut reuertar ad Liuium modestissime uir atque sapientissime: in nostro te ipsum codice: hoc enim incredibile animi tui uerecundi in primis uirtutes: ut sepius antea pensens: nunc quoque non sine ratione delectabere Grauis enim morum tuorum censura: quo factius monumento cognosci: quo exemplo reddi uerius potest: & si præcipua pars tui uirtus uere christiana quasi manus optimi uictoris extrema: quod constanter fateor: omni gentilitatis ornamento in te superlinenda restabat. Recognoscis tu quidem in liuius laudes tuas: cum illustrium uirorum uerba: & actiones legis in alio religionis cultum: in alio animi magnitudinem in alio uitae omnis tenore æqualem: & iugem: hic tuam maximam modestiam: quae per raro in alto dignitatis & status fastigio positorum est comes: refert hinc tuarum in republica sententiarum modum: hic in castigandis moribus multe lenitatis grauitatem. Mihi quidem hæc proxime legenti tu iugiter eras in mente: actionum tuarum imaginem in grauissimis & compositissimis uiris de prope cernebam: in Qu. Fabio Maximo placidum ac cunctabundum tuum ingenium admirabar: in Furio Camillo maximi animi uigorem: grauitatem: atque in omni fortuna constantiam: in Appiis miram scientiam: atque facundiam in Scipione dexteritatem: alacritatemque animi: & minime inanes cogitationes ardua & magna negocia capescendi: in T. Quintio prouidentis ac mirifice casti pectoris tui monita salutaria: in Papyrio celeritate: atque infessum ad res gerendas robur: in Valeriis popularitatem placidam: modestamque: ac nequaquam effluentem obsequelam: fidem uero in omnibus maximam: paremque prudentiam. Addebam religionem: & a gentilibus longissime abscedens eam quidem christianam atque catholicam. Vnum apud Liuium repperibam: cui tu maximo quam simillimus es omni tamen a parte non es idem. Cato ille Censorinus uir consummatus & summus: in quo uelut in te hodie hoc maximum quondam decus uirtutis fuit: ut quicquid ille ageret: natus ad id tantum esse uideretur. Cato ille inquam tantus uir amaro fuisse fertur ingenio: atque ad lacerandum semper exposito: cetera eius in te cognoscimus: naturae uero amaritudinem & carpendi ingenium non uidemus: quinimo: si quisquam est: tu es maxime detractorum aduersarius quippe qui es ad benemerendum de omnibus hominibus natus: atque. S. D. N. institutis: eruditus. Tibi igitur tali uiro ac tanto præstet gratiarum dator Christus dominus: ut assidue magis pacem ac gloriam sacrosanctae ecclesiae uideas. Christiani populi de paganorum feritate: & hereticorum obstinata prauitate uictoriam summi nostri pon. sospitatem: omnium terrae fructuum copiam: caeli temperiem & aeris salubritatem: & ueluti in sanctissimo dominici gregis felicissimoque pastore tua studia spemque omnem a natiuitate collocasti: ita tuarum quoque actionum successu fortunato ille assidue magis in te quieturus recumbat. Ut cum summus deus suo in terris uicario cuncta mentis tranquillae optata tribuat: tibi ille regem maximam ad ministrationem secundet: tu nobis apud illum omnia impetres: quibus aliquid cum dignitate uitae praesentis necessitates per studia honesta: honoratasque actiones transeamus. Vale.

L. FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVORDECIM: TITI LIVII PATAVINI HISTORICI IN CENTVM ET QVADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM.

EX LIBRO PRIMO.



ADVENTVS Aeneae in Italiam & res ab eo gestae. Ascanii regnum Albae & Siluii Aeneae: ac deinceps Siluiorum regum primo libro continetur. Numitoris filia a Marte compressa: nati Romulus & Remus. Amulius obtuncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum sabinis belatum. Opima spolia Ioui feretriolata. In centurias populus diuisis Fidenates & Veientes uicti. Romulus consecratus. Numa pompilius ritus sacrorum tradidit. Iano templum constituit: eiusque portam: pacatis omnibus circa populis: primus clausit. Cum dea Aegeria sibi congressus nocturnos esse simulacra feroces populi animos ad religionem perpulit. Ancus Martius ceremonias a Numa institutas renouauit. Latinis uictis: & ad ciuitatem ascitis: montem auentinum assignauit. Politorium urbem latinorum bello repetitam: quam prisca latini occupauerant: diruit. Pontem sublicium in tyberi fecit. Ianiculum collem urbi addidit. Finis im-

Florio primo

perii protulit. Ostiam condidit. Tullus Hostilius albanos bello petiit: post hæc tergeminoꝝ pugna Horatius absolutus: Metii Suffecii supplicum. Alba diruta albanis in ciuitatem recepti fabinis bellum indictum: ad postremum fulmine absumptus est: Tarquinius priscus in ancis amicitiam receptus centum additis patrum numerum auxit: Latinos subegit: circum designauit: Ludos edidit: fabinorū bello potitus equitum centurias ampliavit: temptandæ scientiæ causa Acii Nauii auguris cōsuluisse fert: an id de quo cogitaret: effici posset: quod cum ille fieri posse respondiisset: iussisse eum nouacula cotem præcidere: idq; protinus factum. Sabinos præterea acie uicit. Urbem muro circumdedit. Cloacas fecit. Seruius Tullius natus est captiua corniculana: cui puero in cunis posito: caput arsisse traditum est: uerientes atq; æthruscos prælio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrū condidit classes centuriasq; descripsit. Pomœrium protulit. Colles urbi quirinalem. Viminalem: Esquilinumq; adiecit. Templum Dianæ cum latinis in auentino fecit: Lucius Tarquinius superbus: occiso Seruio eius socero: inuasit regnum: quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiã corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum uolsis gessit: & ex eorum præda templum Ioui in capitolio fecit. Terminus & iuuentas non addixere: quorum aræ moueri nõ potuerunt. Filii. Sex. Tarquini dolo Gabios in potestatem suam redegit. Huius filii Delphos profectis & consulentibus: quis eorū regnaturus esset Romæ: dictum est eum regnaturum: qui primū matrem osculatus esset: quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur. Iunius Brutus: qui cum iis profectus erat: prolapsus se simulauit: & terram osculatus est: idq; factum eius euētum rei comprobauit nam cum impotenter se gerendo Tarquinius superbus omnes in odium suum adduxisset: ad ultimū propter expugnatam nocturna uia Sex. filio eius Lucretiæ pudicitiam: quæ uocato patre ad se Tricipitino & uiro collatino obtestata. ne inulta mors eius esset: cultro se interemit: Bruti opera maxime expulsus est: cum regnasset annos uiginti quinque. Tunc consules primum creati sunt. L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus.

EX LIBRO SECVNDO.

Rutus iureiurando populū astrinxit neminem regnare Romæ passurū. Tarquinius Collatinum collegam suum ppter affinitatē Tarquiniorū suspectum coegit consulatu se abdicare & ciuitate cedere: bona regum diripi iussit: agrū Marti cōsecrauit: qui campus martius nominatus est: adolescentes nobiles: in quibus suos quoq; & fratris filios: qd coniuuauerant de recipiendis regibus: securi percussit: seruo uindici: cui Vindicius nomē fuit libertatem dedit: ex cuius noīe uindicta est appellata. Cū aduersus reges: qui contractis ueientiu & tarquiniorū copiis bellum intulerant: exercitū duxisset: in aciem cū Arunte filio Superbi cōmortuus est eumq; matrōnæ annū luxerunt. L. Valerius consul legē de prouocatione ad populū tulit capitolium dedicatum est. Porfena rex clusinorū bello p Tarquinis suscepto: cum ad ianiculū uenisset: ne tyberim trāsiret: uirtute Coclitis Horatii prohibitus est qui dum alii pontē subliciū rescindūt: solus æthruscos sustinuit: & ponte rupto armatus se in flumē misit: & ad suos tranauit: alterq; accessit uirtutis exemplū a Mutio: qui cum ad feriendum porfenam castra hostiū intrasset: occiso scriba: quē regē esse putabat: cōpræhensus inpositam altaribus manū: in quibus sacrificatū erat: exuri passus est: dixitq; tales trecentos esse cōiuratos in mortem ipsius regis: quoq; admiratiōe coactus Porfena pacis conditiones ferre bellum omisit: acceptis obsidibus: ex quibus uirgo una Chlœlia deceptis custodibus per tyberim ad suos tranauit: & cum reddita eēt: a Porfena honorifice remissa equestriq; statua donata ē. Aduersus Tarquiniū superbū cum latinorū exercitu bellum inferentem Aulus Posthumius dictator prospere pugnauit apud lacum Regillum. Appius Claudius ex fabinis Romam trās fugit: ob hoc claudia tribus adiecta est. Numerus tribuū ampliatus est: ut eēt triginta una. Plebs: cū ppter nexos ob æs alienū sacrum in mōtem secessisset: cōsilio Meneni Agrippæ a se ditione reuocata est: idem Agrippa cū decessisset ppter paupertatem publico impediō elatus: tribuni plebis qnq; creati sunt. Oppidum uolsorū Corioli captum est uirtute: & opa. Gn. Martii: qui ob hoc Coriolanus uocatus ē. Titus latinus uir de plebe: cū in uisu admonitus esset: ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret: & neglexisset: amisso filio: debilis factus: posteaquā delatus ad senatum lectica eadem illa indicauerat: usu pedum recepto domum reuersus est. Cum. Gn. Martius Coriolanus: qui in exilium pulsus: dux uolsorum factus: exercitum hostium urbi primo admouisset: & missi ante eum primum legati: postea sacerdotes frustra deprecati essent: ne bellum patriæ inferret: Veturia mater: & Volumnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine dānatus est necatusq;. Oppia uirgo uestalis ob iestum uiua defossa est. Cum uicini hostes ueientes incommodi magis: quā graues essent familia fabiorum id bellum gerendum depoposcit: misitq; in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt uno ipubere domi relicto. Ap. Claudius cōsul: cum aduersus uolsos cōtumacia exercitus male pugnatum eēt: decimū. quēq; militum fuste percussit. Res præterea aduersum Uolsos: & Hernicos & Veietes: & seditiones inter patres plebemq; continet.

EX LIBRO TERTIO.

Editiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & seruis occupatum cæsis iis receptum est. Censui bis actus ē: priore lustro censa sunt ciuium capita octoginta milia. dcc. xiiii. præter orbos orbosq; sequenti. cxyii. milia. ccxlviii. Cum aduersus equos male gesta eēt. L. Quintius Cincinnatus dictator factus cū rure intentus rustico operi esset: ad bellum gerendum accersit

tus est: is uictos hostes sub iugum misit. Tribunorum pl. numerus ampliatus est: ut essent decē. xxxvi. anno a primis tribunis pl. Petitis per legatos & allatis atticis legibus: ad construēdas eas proponēdasq; decēuiri pro cōsulibus sine ullis aliis magistratibus creati altero & trigētesimo anno quam Roma cōdita erat: & ut a regibus ad cōsules: ita a cōsulibus ad decēuiros translatum imperium. ii. decem tabulis legum positis cum modeste se in honore gessissent: & ob id in alterum quoq; annum eūdem esse magistratum placuisset. cum complura impotēter fecissent: magistratum noluerunt deponere: & in tertium annum detinuerūt: donec iūcto eorū imperio finem attulit libido. Ap. Claudii: qui cū in amorē uirginis icidisset: summissio: q; eam in seruitutem peteret necessitatem patri eius Virginio imposuit: raptō ex taberna proxima cultro: ut filiā iterimeret: cum aliter eam tueri nō posset: ne in potestatem stuprum illaturi ueniret: hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs icitata mōtem auentinum occupauit: coegitq; decēuiros abdicare se magistratu: ex quibus Appius & unus collega: q; præcipue poenā meruerant: in carcerem coniecti: cæteri in exilium acti. Res præterea cōtra fabinos: & uolscos prospere gestas cōtinet: & parum honestum populi Ro. iudicium qui iudex iter Ardeates & Aricinos sumptum agrum: e quo ambigebatur: sibi adiudicauit.

EX LIBRO QVARTO.

Ex de cōnubio patrum & plebis contētionē magna patribus repugnātibus perlata ē a tri. pl. Aliquot ānis res Po. Ro. domi militiæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt. Item censores tūc primū creati sunt. Ager ardeatinus Romani populi iudicio ablatu: missis i cum colonis: restitutus est. Cum fame populus Romanus laboraret. Sp. Melius eques Romanus frumētū populo sua ipensa largitus est: & ob id factum: cōciliata sibi plebe: regnū affectās a Gaio Seruilio Hala magistro equitū iussu Quintii Cincinati dictatoris occisus est: Titus Minutius index boue aurata donatus est. Legatis romanis a fidenatibus occisus: quoniā ob rēpublicam occubuerāt: statuae i rostris positæ sunt. Cornelius coslus tribunus militum: occiso Volumnio rege ueientium: opima spolia secūda rettulit. Mamercus. Aemilius dictator: censuræ honore: q; antea p quinq; nēniū gerebat: anni & sex mensium spacio finito ob eā rem a cēsoribus notatus ē. Fidenæ i potestate redactæ: eorū coloni missi sunt: q;bus occisus: fidenates cū defecissent a po. Ro. a Mamercio Aemilio dictatore uicti sūt: & Fidenæ captæ Coniuratio seruorū oppressa est. Posthumius tribunus militum ppter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est. Res præterea gestas aduersum uolscos: fidenates: & faliscos continet.

EX LIBRO QVINTO.

N obsidione Veiorū tabernacula militibus facta sunt ea res cum esset noua: indignationē tribunorū ple. mouit querentium nō dari plebi: nec per hyemem: militiæ requiem: equites tum primum equis suis merere cœperunt. Cū inundatio in lacu albano facta esset: uates qui eam rem interpretaretur: ab hostibus captus est. Furius Camillus dictator decē annos obsessos Veios cœpit: simulacrum Romam transtulit: decimam partē prædæ Delphos apollini misit. Idē tribunus militum: cum Faliscos obsideret: proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditione facta faliscorum uictoriam iusticia consecutus est: Cum alter ex censoribus Iulius decessisset: in locum eius M. Cornelius successit: nec id postea factum ē: quoniā eo lustro a gallis Roma capta est. Furius Camillus: cum ei dies a. L. Apuleio tri. ple. dicta esset: in exilium abiit. Cum senones galli Clusium obsiderent: & legati a senatu missi ad componēdum iter eos & clusinos pacem pugnātes cōtra gallos in acie clusinoꝝ stetitissent: hoc facto eorum cōcitati senones urbē infesto exercitu petierunt: fulsisq; ad alliam flumen romanis cepere urbem præter capitolium: in quod se iuuenes cōtulerant. Maiores: natu cum insignibus honorum quos quisq; gesserat: in uestibulis ædium sedentes occiderunt: & cum per auersam partem capitolii iam in summum euasissent: proditi clāgore anserunt. M. Manalii præcipue opera deiectione sunt. Coactis deinde propter famem romanis despondere ut mille pondo auri darent: & hoc præcio finem obsidionis emerent. Furius Camillus dictator absens creatus inter pendendum aurum cum exercitu uenit: & gallos post sextum mensem urbe exuplit: ceciditq; dictum est ad Veios migrādum esse propter incensam & dirutam urbem: quod cōsiliū Camillo auctore discussum est: mouit populum uocis quoq; omen ex centurione audita: qui: cum in forum uenisset: manipulariis suis dixerat: sta milles: hic optime manebimus: ædes Ioui capitolino facta: quo loco ante urbem captam uox audita erat aduentare gallos.

EX LIBRO SEXTO.

Es aduersus equos & uolscos & prænestinos prospere gestas continet: quattuor tribus additæ sunt: stellatina: sabbatina: promentina: arniensis. M. Manlius: qui capitolium a gallis defenderat: cum obstructos aere alieno liberaret: nexos exolueret crimine affectati regni damnatus de saxo tarpeio deiectione est: in cuius notam senatusconsultum factum est: ne cui de manlia gente Marco cognomen esset. G. Licinius: & L. Sestius tribu. ple. legem promulgarunt: ut consules etiam ex plebe fierent: qui ex partibus crebantur. Eam legem cum magna contentione repugnantibus patribus cum idē tri. ble. per quinquennium soli magistratus fuissent: pertulerūt: & q; primus omnium ex plebe consul. L. Sestius creatus est. Lata est altera lex ne cuiquam plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

EX LIBRO SEPTIMO.

Vo noui magistratus adiecti sunt: p̄terea & ædilitas curulis: pestilentia ciuitas laborauit: eaq̄
d insignem fecit mors furii Camilli: cuius remedium & finis: cum per nouas religiones: quæ re-
retur: ludi senici tunc primum facti sunt: Cum dies Lucio Manlio dicta esset a Marco p̄p̄o
tribuno plebis propter delectum acerbe factum: & ob. T. Manlium filium relegatum sine ullo crim̄e
adolescēs ipse cuius relegatio patri obiiciebatur: uenit in cubiculū tribuni strictoq̄ gladio coegit eum
in uerba sua iurare non perseueraturum se in accusatione: tunc omnia præciosa om̄issa sunt: In paten-
tem uoraginem urbis Romæ Curtius armatus equo se præcipitauit eaq̄ explera est. Manlius adole-
scens: qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat: contra gallum prouocantē aliquem ex militibus
romanis in singulare certamen descendit: eiq̄ occiso torquem aureum detraxit: quem ipse postea tulit
& ex eo Torquatus est nuncupatus duæ tribus additæ pompeiana & publicia Lucinius Stolo lege
ab ipso lata damnatus est: quod plus quingētorum iugerū agri possideret. Marcus Valerius tribunus
militum gallum: a quo prouocatus erat insidente galea coruo: & unguibus: rostroq̄ infestante: hostē
interemit: & ex eo Coruini nomen accepit: consulq̄ proximo anno creatus est ob uirtutem: cum uige
simūtertium haberet annm. Amicitia cum carthaginensibus iuncta. Campani cum urgerentur a sam-
nitibus bello auxilio aduersus eos a senatu petito: cum id non impetrarēt: urbem: atq̄ agros populo
romano dederunt: ob quam causam ea quæ populi romani facta essent: defendi bello aduersus sam-
nites placuit. Cum ab aulo Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discri-
mine esset: Publii Decii tribuni militum opera senatus est: qui occupato colle super id iugum in quo
samnites dederant: occasionem consuli in æquiorē locum euadendi dedit: ipse ab hostibus circum-
fessus erupit. Milites romanos: qui Capue in præsidio erat relictī: cum de ea occupanda urbe cōspiras-
sent: & detecto consilio: metu supplicii a populo romano defecissent: per Marcum Valerium Corui-
num dictatorem: qui consilio suo eos a furore reuocauerat: patriæ restituti sunt.

EX LIBRO OCTAVO.

Atini cum campanis defecerunt: & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt: ut si pa-
I cem habere uellent: alterum ex latinis consulem facerent. Qua legatione perlata prætor eorū
Annus de capitolio ita plapsus ē: ut examinaret. Titus Manlius consul filiū eius qđ cōtra edi-
ctum pugnauerat aduersum latinos: quamuis prospere pugnasset securi percussit. Laborantibus ro-
manis publicus Decius tunc cum Manlio deuouit se pro exercitu: & concitato equo cum in medios
hostes se intulisset: interfectus morte sua romanis uictoriam restituit: latini in deditiōem uenerunt.
Tito Manlio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit. Minutia uirgo uestalis incesti
damnata ē. Ausonibus uictis in oppidum Cales colonia deducta est: item Fregellæ collonia deductæ
sunt. Veneficium quam plurimum matronarum compræhensum: quarum plurimæ statim epotis me-
dicaminibus perierunt: lex de ueneficio tunc primum constituta est. Priuernatibus: cum rebellassent:
uictis ciuitas data est. Neapolitani uicti bello: & obsidione in deditiōem uenerunt. Quintio Publico:
qui eos obsederat primum imperium prolatum: & per consules ei decretus triumphus Plebs nexu li-
berata est propter Lucii Papyrii creditoris libidinem: qui Gaius publico debitori suo stuprum inferre
uoluerat. Cum Lutus Papyrius dictator reuersus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetēda
Quintius Fabius magister equitū occasione rei bene gerendæ inuitatus contra edictum eius prælia-
tus est: qui prospere aduersus samnites pugnauit: ob eam causam cum dictator de magistro equitum
supplicium sumpturus uideretur. Fabius Romam profugit: & cum causa parum proficeret: populi
precibus donatus est: Res præterea contra samnites Prospere gestas continet.

EX LIBRO NONO.

Eturius & SP. posthumus apud caudinas furcas deducto in locū iniquum exercitu cum nul-
a la spes euadendi esset: foedere cum samnitibus facto: & sexcentis equitibus romanis obsidibus
datis: ita exercitum abduxerunt: ut omnes sub iugum mitterentur: iidemq̄ auctore Spurio
posthumio consule: qui in senatu suaserat: ut eorum deditiōe: quorum culpa tam deforme foedus
ictum erat: publica fides liberaretur cum duobus tribu. ple. & omnibus: qui per foedus sponderant:
dediti samnitibus non sunt recepti: nec etiam multo postea fufis a Papyrio Cursore samnitibus & sub
iugum missis receptisque sexcentis equitibus romanis: q̄ obsides dati erant: pudor prioris flagitii abo-
litus est. Tribus duæ adiectæ sunt ofentina & faleria. Sueffa: & pontia coloniæ deducte sunt. Appius
Claudius censor aquam perduxit: uiam strauit: quæ appia uocata est: libertinorum filios in senatum
legit: ideoque quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis: sequentis anni censes in senatu legē-
do obseruauerunt: quemadmodum ante per proximos censes obseruatum fuerat. Res præterea cō-
tra Appluos: ethruscos: umbros marfos: pelignos: equos: & samnites: quibus foedus erat restitutum:
prospere gestas continet. Fluius Scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit per forensē factionē
creatus: quæ cum comitia & campum turbaret: & in iis propter nimias uires dominaretur: a Quinto
Fabio censore in quattuor tribus redacta est eaque res Fabio Maximo nomen dedit. In hoc libro men-
tionem habet Alexandri: qui temporibus his fuit: & æstimatis populo romano: uiribus quæ tunc erāt
colligitur: si Alexander in Italiam traiecisset non tam facilem ei uictoriam de populo romano: fore:
quam de iis gentibus: quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIBRO X.

Oloniae deductae sunt Sora & Alba: carceoli marfi in deditiōem accepti sunt: collegium augu-
rum ampliatum est: ut essent nouem: cum antea quaterni fuissent. Lex de prouocatione ad po-
pulum a Valerio consule tunc primum lata est. Duae tribus adiectae sunt anienfis & terentina
Samnitibus bellum indictum: & aduersus eos prospere pugnatum est. Cum aduersus aethruscos: um-
bros: Samnites: gallos Publio Decio & Quinto Fabio ducibus pugnaretur: romanusque exercitus in
maximo esset discrimine: Publius Decius secutus exemplum patris deuouit se pro exercitu: & morte
sua uictoria eius pugnae populo ro. dedit. Papyrius Cursor samnitiū: exercitū qui iureiurādo astrictus
suo: quo maiore constantia uirtutis in aciem descendere: fudit. Censur actus est: lustrum conditum cē-
sa sunt ciuium capita ducenta septuaginta duo millia. & tercenta uiginti.

EX LIBRO. XI.

Um Fabius Gurges con. male aduersum samnites: pugnasset: & senatus de remouendo eo ab
exercitu ageret. Fabius maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam: eo maxime senatū
mouit: quod iterum se filio legatum pollicitus est: idque praestitit: atque eius consiliis & opera
filius consul adiutus caesi samnitibus triumphauit. Gaium Pontium imperatorem samnitium du-
ctum in triumpho securi percussit. Cum ciuitas pestilentia laboraret: missis legatis: ut Aesculapii signū
Romam ab Epidaurō transferrent: anguem: qui se in nauem eorum contulerat in quo ipsum numē
esse constabat: deportauere eoque in insulam tyberis egresso: eodem loco sedes Aesculapii constituta
est. Lucius Posthumius consularis: quoniam cum exercitui praesset: opera militum in agro suo usus
eēt: damnatus est: samnitibus pacē petentibus foedus quarto renouatum est. Curius Dentatus consul
samnitibus caesis & sabinis: qui rebellauerant: uictis: & in deditiōem acceptis: bis in eodem magistra-
tu triumphauit: Coloniae deductae sunt Castrū Sena Adria Triumuii capitales tūc primū creati sunt.
Censur actus est lustrum conditum: censa sunt ciuium capita. cclxxiii. m. Plebs ppter aes alienū & gra-
ues & longas seditiones ad ultimum secessit in ianiculum: unde a. Qu. Hortensio dictatore deducta est
isq; in ipso magistratu decessit. Res praeterea contra uolscinienses gestas cōtinet: item aduersus lucios
contra quos auxilium tyrrhenis ferre placuerat

EX LIBRO. XII.

Um legati romanorum a gallis senonibus interfecti essent: bello ob id gallis indicto. L. Cecili-
us praetor cum legionibus ab iis caesus est. Cum a tarentinis classis romana direpta esset: duce
qui praerat classi: occiso: legati ad eos a senatu: ut de iis iniuriis quererentur: missi: pulsati sunt
ob id bellum iis indictum est. Samnites defecerunt aduersus eos: & Lucanos: & Brutios & aethruscos
aliquot praeliis a compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus epirotarum rex: ut auxilium fer-
ret tarentinis: in Italiam uenit. Cum in praesidium rheimorum legio campana cum praefecto Decio
lubellio missa esset: occisis rheimis. Rhegium occupauit.

EX LIBRO. XIII.

Alerius Leuinus consul parum prospere aduersus Pyrrhum pugnauit: elephaotorum maxi-
me inusitata facie territis militibus: post id praelium cum corpora romanorū: qui i acie ceci-
derant. Pyrrhus inspiceret: omnia uersa in hostē iuenit: populabundusque ad urbem Romā
processit. G. Fabritius missus ad eum ut de redimendis captiuis ageret: frustra: ut patriam desereret:
a rege temptatus est captiui sine p̄tio remissi sunt. Cyneas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit:
ut componendae pacis cā rex in urbē reciperet: de qua re cum ad frequentiore senatum referri pla-
cuisset. Ap. Claudius: qui pp in ualitudinem oculorum iam diu a consiliis pub. abstinerat: uenit in cū-
riam: & sententia sua tenuit: ut id Pyrrho negaretur. P. Domitius censor primus ex plebe lustrum con-
didit: censa sunt ciuium capita. cclxxviii. millia. ccxxii. iterum aduersus Pyrrhum dubio euetu pugna-
tum est. Cum carthaginensibus quarto foedus renouatum est. Cum. G. Fabricio consuli iis qui ad eū a
Pyrrho transfugerat: polliceretur se regi uenenum daturum: cum indicio ad regem remissus est. Res
praeterea contra aethruscos. Lucanos: & Brutios: & samnites prospere gestas continet.

EX LIBRO. XIII.

Yrrus in Siciliam traiecit. Cum iter alia pdigia fulmine deiectū eēt i capitolio Iouis signum
p caput eius per aruspices iuentum est. Curius Dentatus: cum delectū haberet: eius: q citatus nō
responderat: bona uēdidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiā reuersum uicit: & italia expulit.
Fabricius censor Publium Corneliū Ruffinū cōsularem senatu mouit: qd decem argēti pōdo facti ha-
beret. Lustrum a cēsoribus cōdito: censa sunt capita ciuiū. cclxxi. millia. ccxxiiii. Cum Ptolemāo aegypti
rege societas iūcta est. Sextilia uirgo uestalis dānata i cesti uiua defossa ē. Coloniae deductae sunt Possi-
donia & Consa. carthaginensium classis auxilio mamertinis uenit: quo facto ab iis foedus uiolatum ē
Res praeterea contra lucanos samnites & brutios foeliciter gestas: & pyrrhi mortem cōtinet.

EX LIBRO. XV.

Ictis tarētinis pax & libertas data est. Legio campana: quae Rhegium occupauerat: obsessa: de-
ditione facta securi percussa est. Cum legatos appolloniatiū ad senatum missos quidā iuuenes
pulsassent: dediti sunt appolloniatis. Picentibus uictis pax data. Coloniae deductae Ariminū
in Piceno: Beneuetū in samnio. Tunc primum po. Ro. argēto uti coepit. Umbri & saleni uicti i de-
ditionem accepti sunt: Quae storum numerus ampliatum est.

EX LIBRO. XVI.

Rigo Carthaginensium: & primordia urbis referuntur: contra quos & Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus: cum de ea re inter suadentes: ut id fieret: dissuadentesque contentio fuisset. Transgressis tum primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem saepius bene pugnatum petenti pax data est. Lustrum a censoribus conditum: censa sunt ciuium capita. cclxxii. milia. ccxxiiii. D. Iunius Brutus munus gladiatorium in honore defuncti patris adidit primus. Colonia Esernia deducta est. Res praeterea contra poenos & uolscos prospere gestas continet.

EX LIBRO. XVII.

N. Cornelius cons. a classe punica circumuetus: & pro fraude ueluti in colloquium euocatus captus est. Gn. Duilius consul aduersus classem poenorum prospere pugnavit: primusque omnium Romanorum ducum naualis uictoriae duxit triumphum: ob quam eam ei perpetuus honos habitus est: ut reuertenti a coena tibicines canerent: & funale praferretur. L. Cornelius consul in Sardinia contra Sardos: & Corsos: & Hannonem poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul: cum in locum iniquum a poenis circumfessum temere duxisset exercitum. M. Calpurnii tri. militum uirtute & opa euasit: qui cum trecentis militibus eruptione facta hostes in se conuertit. Hannibal dux poenorum uicta classe: cui praefuerat: a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius regulus consul uictis nauali praelio poenis in Africam traiecit.

EX LIBRO. XVIII.

T. Regulus in Africa serpentem potentissimae magnitudinis cum maxima militum clade occidit: & cum aliquot praeliis aduersum Carthaginenses pugnasset: successoresque a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur: id ipsum pro litteras ad senatum missas conuestus est: in quibus iter causas petenti successoris: quod agellus eius a mercenariis diuastaretur. Quae deinde fortuna: ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo perderetur: accersito a Carthaginensibus Xanthippo lacedaemoniorum duce uictus praelio & captus est. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformauere naufragia classium. Titus Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Scopus Valerius Maximus censores: cum senatum legerent. xiii. senatum mouerunt: lustrum condiderunt: quo censa sunt ciuium capita. cccxvii. m. ccxvii. Regulus missus a Carthaginensibus ad senatum ut de pace: & si eam minime impetraret: de captiuis commutandis ageret: iureiurando astrictus est rediturum se Carthaginem: si commutari captiuos non placuisset: utrunque negandi auctor senatui fuit: & cum fide custodita reuersus esset: supplicio a Carthaginensibus de eo sumpto perit.

EX LIBRO. XIX.

Cecilius Metellus rebus aduersus poenos prospere gestis speciosissimum egit triumphum. xiiii. ducibus hostium & centum uiginti elephantis in eo ductis. Claudius pulcher con. qui contra auspicia profectus iussit immergi pullos: qui cibari nolebant: infeliciter aduersum Carthaginenses classe pugnavit: & reuocatus a senatu iussusque dictatorem dicere. G. Glauciam dixit sortis ultimae hominem qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectauit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum poenis captiuorum commutatio facta est. Coloniae deductae sunt Fregellae in agro salentino Brundisium. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. ccli. milia ducentum uiginti duo. Claudia soror Publii Claudii: qui contemptis auspiciis male pugnauerat: a ludis diuertens: cum turba premeretur: dixit: utinam frater meus uiueret: iterumque classem duceret: ob eam causam multata est. Duo praetores tum primum creati sunt. Cecilius Metellus pontifex maximus. A. Posthumium consulem: quoniam idem & flammam Martialis erat: cum ille ad bellum gerendum proficisci uellet: in urbe tenuit: nec passus est a sacris recedere. Rebus aduersus poenos pluribus ducibus gestis summam uictoriae. G. Lucretius cons. uicta ad Aegades insulas classe poenorum finem bello imposuit. Petentibus Carthaginensibus pax data est. Cum templum Vestae arderet: Cecilius Metellus Pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. Duae tribus adiectae sunt uelina & esquilina. Falisci: cum rebellassent: sexto die domiti in deditioem uenerunt.

EX LIBRO. XX.

Poletum colonia deducta est. Aduersum ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi: cum rebellassent: subacti sunt. Tutia uirgo uestalis incesti damnata est. Bellum illyricum propter unum ex legatis: qui ad eos missi erant: occisum: indictum est: subactique in deditioem uenerunt. Praetorum numerus ampliatus est: ut essent quattuor. Galli transalpini: qui in Italiam eruperant: caesi sunt: eo bello Po. Ro. sociorumque latinorum nominis trecenta milia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primum transpadum ductis galli in subres aliquot praesidiis in deditioem uenerunt. M. Claudius Marcellus consul: occiso in subrium gallogrum duce Viridomato optima spolia rettulit. Histri subacti sunt. Iteque illyrici: cum rebellassent: domiti in deditioem uenerunt. Lustrum a censoribus conditum est: ex quo censa sunt ciuium capita. cclxx. milia. Libertini in quattuor tribus redacti sunt: cum antea dispersi fuissent: aesquilina: pallatina: suburna: collina: miniuit: & circumflaminium extruxit. Coloniae deductae sunt in agro a gallis capto Placentia & Cremona.

EX LIBRO. XXI.

In Italiam belli punici secundi acta narrantur: & Hannibalis poenorum ducis contra foedus pro Iberum amnem transitus: a quo Saguntus sociorum Po. Ro. ciuitas octauo mense capta est: de quibus iniuriis missi legati ad Carthaginenses: qui quererent: & cum satisfacere nollent: bellum eis indictum est. Hannibal: superato pyreneo saltu: per Gallias fuis Volsis: qui obsistere ei conati erant: ad Alpes uenit: &

laborioso p̄ eas transitu cum mōtanos quoq; gallos obuios aliquot praeliis reppulisset: descendit ī Ita-
liam: & ad ticinum atinē romanos equestri praelio fudit: ī quo uulneratum Publiū Corneliū Sci-
pionem protexit filius: qui Africani postea nomen accepit. Iterumq; exercitu Romano ad flumē Tre-
biam fuso: Hannibal appenninū per maximā militum uexationē propter uim tempestatum transit.
Gn. Cornelius Scipio in Hispania contra p̄enos prospere pugnavit duce: hostium Magone capto.

EX LIBRO. XXII.

Annibal per continuas uigilias in paludibus oculo amisso uenit in æthuriā: per quas palu-
h des quadriduo & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. Gaius Flaminius consul homo te-
merarius cōtra auspiciā profectus: signis militaribus effosis: quæ tolli non poterāt: & ab equo
quem concenderat: per caput deuolutus: insidiis ab Hannibale circumuentus ad Transimenum lacum
cum exercitu cæsus est. Sex millia: quæ eruperant: fide ab Maharbale data perfidia Hannibalis uincta
sunt. Cum ad nunciū cladis Romæ luctus esset: duæ matres insperato receptis filiis gaudio mortuæ
sunt. Ob hanc cladem ex sibyllinis libris uer sacrum uotum: Cum deinde Quintus Fabius Maximus
dictator aduersus Hannibalem missus nollet acie cum eo configere: ne contra ferocē tot uictoriis hos-
stem aduersis praeliis militem pugnae committeret: & opponendo se tantummodo conatus Hanni-
balis impediret: Marcus Minutius magister equitum ferox & temerarius criminando dictatorem tā-
quam timidum & segnem: effecit: ut populi iussu ei imperium cum dictatore æquaretur: diuiso que
exercitu: cum in iniquum locum conflisset: & in maximo discrimine legiones eius essent: superueni-
ente cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus est: quo beneficio uictus castra cum eo iun-
xit: & patrem eum salutauit: idemque milites facere commilitonibus iussit. Hannibal uastatā Campa-
nia inter Casilinum oppidū & Calliculam montem a Fabio clausus: sarmentis ad cornua bouum alliga-
tis & incensis præsidium Romanorum: quod Calliculam insidebat fugauit: & sic transgressus est sal-
tum. Idemq; Fabii Maximi dictatoris: cum circūposita ureret: agro pepercit: ut illū tāquam proditorē
suspectū faceret. Aemilio deinde Paulo & Terentio Varrone consulibus & ducibus cum maxima cla-
de aduersus Hannibalem ad Cānas pugnatū est: caesaq; eo praelio Romanorū quadraginta quinque milia
cum Paulo consule & senatoribus nonaginta: cōsularibus: atq; prætoris aut ædiliis triginta. Postquā
eladem cū a nobilibus adolescentibus p̄pter desperationē consiliū de reliquēda Italia iniretur: Publius
Cornelius Scipio tribunus militū: qui postea Africanus nuncupatus ē: stricto sup̄ capita deliberatium
ferro iurauit pro hoste se habiturū eum: qui in uerba sua non iurasset: effecitq; ut omnes minime reli-
ctum iri a se Italiam iureiurando astringerentur. Propter paucitatem uero militum seruoq; octo milia
armata sunt. Captiui: cum potestas esset redimendi: redempti non sunt. Præterea trepidationem urbis
& luctum: & res in Hispania meliore euentu gestas continet. Oppia & Florentia uestales uirgines ince-
sti damnatæ sunt. Varroni obuiam itum est: & gratiæ actæ quod de repu. non desperasset.

EX LIBRO. XXIII.

Ampani ad Hannibalem defecere. Nuncius cannensis uictoriæ Mago Carthaginensem mis-
sus anulos aureos a digytis occisorum Romanorum detractos in uestibulo curiæ fudit: quos
excessisse modii mensuram traditur. Post quē quidem nunciū Hanno ex p̄enis uir nobilissī-
mus suadebat senatui Carthaginensium: ut pacē a Po. Ro. peterent: nec tenuit obstrepēte Barchina fa-
ctione. Claudius Marcellus p̄tor ad Nolam eruptione aduersus Hānibalem ex oppido facta p̄spere pu-
gnauit. Casilinum a p̄enis obsessum ita fame uexatū est: ut lora: & pelles scutis detractas: item mures
essent: & nucibus per uulturnum amnem a Romanis missis: uixerunt. Senatus ex equestri ordine ho-
minibus centum nonaginta septē suppletus est. L. Posthumius prætor a gallis cum exercitū cæsus est.
Gn. & P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem uicerunt: & Hispaniam suam fecerunt. Reliquiæ cānen-
sis exercitus in Siciliam relegatæ sunt: ne recederent inde: nisi finito bello. Sempronius Grachus cōsul
cāpanos cecidit. Claudius Marcellus prætor Hannibalis exercitum ad Nolam praelio fudit & uicit: pri-
musq; omniū tot cladibus fessis romanis meliorē spem belli dedit. Inter philippū Macedonū regē &
Hānibalem societas iuncta est. Præterea in Hispania feliciter a Publio & Manlio prætoribus aduersus
p̄enos res gestas continet: a quibus Hasdrubal dux & Mago & Hanno capti. Exercitus Hannibalis p̄
hyberna Capuæ ita luxuriatus est: ut corporum uiribus atq; animorum eneruaretur.

EX LIBRO. XXIII.

Ieronymus Syracusanorum rex: cuius pater Hiero amicus Po. Ro. fuerat ad carthaginēses de-
fecit: & propter crudelitatem superbiamq; a suis interfectus est. Titus Sépronius Grachus p̄-
consul prospere aduersus p̄enos & Hānibalem ducem ad Beneuentum pugnavit feruorum
maxie opa: quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus consul in Sicilia: quæ prope tota ad p̄enos de-
fecerat: Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi bellū indictū est: q̄ ad Apolloniam Nocturno p̄-
lio oppressus fugatusq; in Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit: ad id bellum gerendum
Valerius prætor missus est. Celtiberi quoq; in amicitiam recepti sunt: quorum auxiliis accitis tunc pri-
mum mercenarium militem Romana castra habuerunt. Res præterea in Hispania a P. & Gn. Scipio-
nibus aduersus Carthaginenses gestas continet. Syphax rex Numidarum in amicitiam ascitus contra
Masinissam regem Massiliorum pro Carthaginensibus pugnans uictus: in Hispaniam ad Scipionem
cum maxima manu transit contra Gades: ubi angusto freto Africa & Hispania dirimuntur.

EX LIBRO. XXV.

Vblus Cornelius Scipio postea Africanus ante legitimos annos aedilis factus est. Hannibal ur-
p be Tarentum praeter arce p tarentinos iuuenes: qui se noctu uenatu ire simulauerant: cepit. Lu-
di apollinares ex martis carminibus: quibus cannensis clades praedicta fuerat: instituti sunt. A. Qui-
tio Fuluius & a Publio Claudio consulibus aduersus Hannone poenore ducem prospere pugnatu est. Titus
Sempronius Grachus praefectus ab hospite suo Lucano in insidias ductus a Magone iteremptus est. Cen-
tenius penula: qui centurio militauerat: cum petisset a senatu: ut sibi exercitus daretur: pollicitusque esset:
si hoc impetrasset: de Hannibale uictoria: octo milibus acceptis militum dux factus conflavit acie cum Hani-
bale: qui cum exercitu eum cecidit. Capua obsessa est a Quinto Fuluius & a Publio Claudio consulibus. Gn.
Fulvius praefectus male aduersus Hannibalem pugnavit: in quo praefectio hominum uiginti milia ceciderunt:
ipse cum equitibus ducentis effugit. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio: & ingentem
se uigis gessit: in eo tumultu urbis captae Archimedes intentus formis: quas in puluere descriperat: in-
terfectus est. P. & Gn. Scipiones in Hispania tot tantarumque rege feliciter gestae tristem exitum tulerunt
prope cum totis exercitibus caesi anno octauo qua in Hispania iuerat. Amissaque eius puincia possessio fo-
ret: nisi. L. Martii equitis Romani uirtute & industria contractis exercituum: reliquis: eiusdem hortatu bina castra
hostium expugnata essent: ad. xxvii. milia caesa ex mille octogentis: praeda ingens capta: dux Martius appellatus est.

EX LIBRO. XXVI.

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit: ipse uero cum duobus
h milibus equitum usque ad portam Capenam: ut urbis situm exploraret: obsequitauit: & cum p-
triduum in acie utrinque exercitus omnis descendisset: certamen tepestas diremit: nam cum in castra
redissent: statim serenitas erat. Capua capta est a. Q. Fulvius & Ap. Claudio consulibus: principes cam-
pani ueneno sibi consciuerunt mortem. Cum senatus campanorum deligatus esset ad palos: ut securi
feriretur: litteras a senatu missas. Q. Fulvius consul: quibus iuebatur parcere: antequam legeret: in si-
nu posuit: & lege agi iussit: & supplicium peregit. Cum in comitiis apud populum quaereret: cui man-
daretur Hispaniarum imperium: nullo id uolente suscipere. P. Scipio. P. filius: qui in Hispania cecide-
rat: professus est se iturum: & suffragio populi: consensuque omnium missus nouam carthaginem uno
die expugnauit: cum ageret uigesimum quartum annum: uidereturque diuina stirpe creatus: quoniam
& ipse: posteaquam togam acceperat: quotidie in capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis sae-
penumero uisus est. Res praeterea in Sicilia gestas continet: & amicitiam cum aetolis iunctam. Bellumque
gestum aduersum Acarnanes & Phylippum Macedonum regem.

X LIBRO. XXVII.

N. Fulvius proconsul cum exercitum ab Hannibale caesus est. Meliore euentu a Claudio Mar-
g cello consule aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est: inde Hannibal noctu recessit
Marcellus insecutus est: & subinde cedente pressit: donec effugeret. Priore pugna Hannibal superior
fuit. Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater consul tarentinos pro deditioe accepit. Claudius Marcel-
lus. T. Quintius Crispinus consules speculandi causa egressi a castris insidiis ab Hannibale circumuenti sunt.
Marcellus occisus fuit. Crispinus fugit. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita centum uigi-
ti septem milia & centum octo: ex quo numero apparuit quantum hominum tot praefectio aduersa fortuna Popu-
lo. abstulisset. In Hispania ad Betuliam Scipio cum Hasdrubale & Hamilchare conflavit & uicit. Inter alia
captum puerum regale eximia formae ad auunculum Masinissam cum donis misit. Hasdrubal: qui cum exercitu
nouo transcenderat alpes: ut se Hannibali coniungeret: cum milibus hominum. lvi. caesus est. M. Liuii consulis
ductu: non minore opera Claudii Neronis consulis: qui cum Hannibali oppositus esset: relicta castris:
ita ut inimicum falleret: electa manu profectus Hasdrubalem circumuenit. Res praeterea a Publio Sci-
pione in Hispania & a. P. Sulpitio praefectore aduersum Phylippum: & Aethacos gestas continet.

EX LIBRO. XXVIII.

Es in Hispania prospere gestae a Syllano Scipionis legato: & a Lucio Scipione fratre aduersus
r poenos. A. Sulpitio proconsule: & ab Attalio rege Asiae aduersum Phylippum regem Macedo-
num pro aetolis referuntur. Cum. M. Liuius & Claudio Neroni consulibus triumphus decre-
tus esset: Liuius: qui in prouincia sua rem gesserat: quadrigis inuectus est: Nero: qui in collegae prouin-
ciam ut uictoriam eius adiuuaret: uenerat: equo est secutus: & in hoc habitu plus gloriae reuerentiaeque
habuit: nam & plus in bello quam collega fecerat. Ignis in aede Vestae negligentia uirginis: quae non
custodierat: extinctus est. Virgo caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum poenis bellauit. xiiii. Anno
eius belli: anno quinto posteaquam ierat: exclusisque in totum possessione eius hostibus Hispaniam re-
cepit: & Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus nauigiis transuectus foedus
iunxit. Hasdrubal. Gisgonis: ibi cum eo in eodem lecto coenauit. Munus gladiatorium in honore pa-
tris patrique Carthagini nouae dedit: non ex gladiatoribus sed ex iis: qui aut in honorem ducis: aut
ex prouocatione in certamen descendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum
Gythia urbs ab Romanis oppugnaretur: oppidani liberos: & coniuges rogo extructo occiderunt
se insuper praecipitauerunt. Ipse Scipio dum graui morbo implicitus esset. seditionem in parte exer-
citus motam confirmatus discussit: rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditioem uenire. Et
amicitia facta est cum Masinissa rege numidarum: qui illi quidem auxilium: si in Africam traiecisset:
pollicebatur. Cum gaditanis quoque post discessum inde Magonis: cui ex Carthagine scriptum erat:
ut in Italia traiceret: Romam reuersus: consulque creatus Africam prouinciam petenti: contradicente.

Q. Fabio Maximo: Sicilia data est: permiffumq; ut in Africam traiceret: fi ex repu. effe cenferet. Mago Hamilcaris filius a minore Baleari infula: ubi hyemarat: in Italiam traiecit.

EX LIBRO. XXIX.

X Sicilia Gaius Lelius in africam a Scipione miffus ingentem praedam reportauit: & mandata Masiniffae Scipioni exposuit conquerentis: quod non exercitum in africam traieciffet. Bellum in Hispania finitum uictore Romano: quod indibilis excitauerat: ipse in acie occifus. Mandonius expositibus romanis a suis deditus Magoni: qui in Gallia & liguria ierat ex Africa: & militum ampla manus miffa & pecuniae: quibus auxilia conduceret: praecipitq; ut se Hannibali iungeret. Scipio a Syracufis in Brutios traiecit: & Locros: pulso punico praesidio: fugatoq; Hannibale recepit. Pax cum Philippo facta est. Idaea mater deportata est Romam a Pessimunte oppido Phrigiae carmine in libris sybillinis inuento: pelli Italia alienigenam hostem posse: si mater Idaea deportata Romam effet. Tradita autem est romanis per Attalum regem Asiae. Lapis erat: quam matrem deum incolae dicebant excipit. P. Scipio Nasica. Gn. filius eius: qui in Hispania perierat: uir optimus a senatu iudicatus adolescens nondum quaestorius: quoniam ita responsum habebatur: ut numen id ab optimo uiro recipere tur: consecrareturq;. Locrenses legatos Romam miserunt: qui de impudentia Publii Pleminii legati quererentur: quod pecuniam Proserpinae abstulerat: & liberos eorum: & coniuges stuprauerat. Pleminius in cathenis Romam perductus in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de P. Scipione proconsole: qui in Sicilia erat: in urbem perlatus esset: tanquam luxuriaretur: miffis ob hoc legatis a senatu: qui explorarent: an ea uera essent: purgatus infamia Scipio in Africam traiecit senatus permiffu. Syphax accepta filia in matrimonium Hasdrubalis Gisgonis amicitiae: quam cum Scipione ipse iunxerat: renunciauit. Masiniffa rex Massiliorum: dum pro Carthagine in Hispania militat: amiffio patre Galla de regno exciderat: quo per bellum saepe repetitio: aliquod praesidio a Syphace rege Numidarum uictus: in totum priuatus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit: & cum eo primo statim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Hasdrubalis & Syphacis: qui prope cum centum milibus armatorum uenerant: ab obsidione Vticae depulfus hyberna communiuit. Sempronius consul in agro crotoniensi prospere aduersus Hannibalem pugnauit. Inter censores Marcum Liuium & Claudium Neronem notabilis discordia fuit: nam & Claudius Liuius collegae equum ademit: quod a Populo Roma. damnatus: actusq; in exilium fuerat: & Liuius Claudio quod falsum in se testimonium dixiffet: & quod minime bona fide secum in gratiam rediffet: Idem omnes tribus extra unam aerarias reliquit: & quod innocentem se damnassent: & postea consulem censoremque feciffent Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. ccxiii. milia.

EX LIBRO. XXX.

I Africa Scipio Carthaginenses & eundem Syphacem Numidarum regem Hasdrubalemq; pluribus praesidiis uicit adiuuante Masiniffa: binasq; hostium castra expugnauit: in quibus. xl. milia hominum ferro igniq; consumpta sunt. Syphacem per. G. Laelium cepit. Masiniffa Sophonibam uxorem Syphacis filiam Hasdrubalis captam statim adamauit: & nuptus factis uxorem habuit: castigatusq; a Scipione uenenum ei transmisit: quo quidem hausto illa decessit: effectumq; e multis Scipionis uictoriis: ut Carthaginenses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem ex Italia reuocarent: isq; anno decimo sexto Italia discedens in Africam traiecit: tentauitq; per colloquium pacem cum Scipione componere: & cum de conditionibus pacis non conueniffet acie uictus est. Pax Carthaginensibus data est petentibus. Hannibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti ipse pacem iuasit. Reuersus in urbem Scipio ampliffimum nobiliffimumq; egit triumphum: quem. Q. Terentius Culeo senator pileatus secutus est. Scipio Africanus incertum militari prius fauore an populari aura ita cognominatus sit: primus certe hic imperator uictae a se nomine gentis nobilitatus est. Mago bello: quo in agro insubrium cum Romanis conflixerat: uulneratus: dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur: ex uulnere mortuus est.

EX LIBRO. XXXI.

Belli aduersus Philippum Macedoniae regem: quod intermissum erat: repetiti causa feruntur haec: tempore initiorum duo iuuenes acarnanes: qui non initiati erant. Athenas uenerunt: & in sacrum Cereris cum aliis pluribus suis intrauerunt: ob hoc tanquam nefas summum commiffissent: ab atheniensibus caesi sunt: acarnanes mortibus suorum commoti ad uindicandum illos auxilium a Philippo petierunt: post pacem Carthaginensibus datam quingentesimo anno ab urbe condita paucis mensibus porta Iani clausa coeptum est autem anno quingentesimo quinto. Cum Atheniensium: qui obsidebantur a Philippo legatis auxilium a senatu petiffent: & senatus id censuiffet ferendum: plebs: quod tot bellorum continuus labor grauis erat dissentiente: tenuit auctoritas patrum: ut sociae ciuitati ferre quoq; opem populus iuberet. Bellum id. P. Sulpitio con. mandatum est: qui exercitu in Macedonia ducto equestribus praesidiis cum Philippo prospere pugnauit. Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum saguntinorum suos: seque occiderunt. L. Furius praetor gallos insubres rebellantes: & Hamilcharem poenum bellum in ea parte molientem acie uicit. Hamilchar eo in bello occifus est: & milia hominum. xxxvi. Praeterea expeditiones Philippi regis & Sulpitii consulis: expugnationesq; urbium ab utroque factas continet. Sulpitius consul adiuuantibus rege Attalo & Rhodiis bellum gerebat. Triumphauit de Gallis. L. Furius praetor.

EX LIBRO. XXXII.

Omnia prodigia ex diuersis regionibus nunciata referuntur: inter quae in Macedonia in puppi longae nauis lauream esse nata. T. Quintius Flaminius consul aduersus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri: fugatumque coegit in regnum reuerti. Ipse Thessalia: quae est uicina Macedoniae fociis: aetolis: & Acarnanibus: uexauit. L. Quintius Flaminius consul frater nauali proelio Attalo rege: & Rhodiis adiuuantibus: Euboeam & maritimam ora cepit. Aethaei in amicitiam recepti sunt: Praetor numerus amplius est: ut seni crearentur. Coniuratio seruorum facta de soluendis carthaginensibus obsidibus oppressa est: duo milia necati sunt. Cornelius consul gallos in subres proelio fudit. Cum lacedaemoniis & tyrannorum Nabide amicitia iuncta est. Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

EX LIBRO. XXXIII.

Titus Quintius Flaminius proconsul cum Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flaminius frater proconsulis acarnanes Leucade urbe: quae caput est Acarnaniae: expugnata in ditionem accepit: Pax petenti Philippo Graeciae libertas data est. Attalus a Thebis ob subitam inualitudinem translatus decessit. G. Sempronius Tuditanus praetor a celtiberis cum exercitu caesus est. L. Furius & Claudius Marcellus consules boios & insubres gallos subegerunt. Marcellus triumphauit. Hannibal frustra in Africa bellum molitus: & ob hoc Romanis per epistolas aduersae factionis principum delatus: pro metu Romanorumque legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant: profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit bellum contra Romanos parantem.

EX LIBRO. XXXIII.

Ex Oppida: quam Gnaeus Oppius tribunus plebis bello punico de stringendis cultibus matronarum tulerat: cum maxima contentione abrogata est: cum Portius Cato auctor fuisset: ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniam profectus: bello: quod Emporius orsus est: citeriorem Hispaniam pacauit. T. Quintius Flaminius bellum aduersus lacedaemonios: & tyrannum eorum Nabidem prospere gestum: data iis pace: qualem ipse uoluit: liberatisque Argis: qui sub ditione tyranni erant finiuit. Res praeterea in Hispania atque aduersus Boios: & Insubres gallos feliciter gestae referuntur. Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectauit: ut id fieret. Sex. Elius Pater & L. Cornelius Cethegus censores interuenerunt cum indignatione plebis. Coloniae pleraque deductae sunt. Marcus Portius Cato de Hispania triumphauit. Titus Quintius Flaminius: qui Philippum Macedonum regem: & Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum uicerat. Graeciamque omnem liberauerat: ob hanc rerum factarum multitudinem triduo triumphauit. Legati Carthaginensium nunciauerunt Hannibalem: qui ad Antiochum confugerat: bellum cum eo moliri. Temptauerat autem per Aristonem tyrium sine litteris Carthaginem missum ad rebellandum poenos concitare. P. Scipio Africanus legatus missus ad Antiochum Ephesi cum Hannibale: qui se Antiocho iunxerat: collocutus est: ut si fieri posset: metum uitae quem ex Po. Ro. conceperat: eximeret. Inter alia cum quaereretur ab Hannibale: quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet: respondit Alexandrum macedonum regem: quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset: quodque ultimas oras: quas uisere supra fidem humana esset: peragrasset. Quarenti: deinde quem secundum poneret: inquit. Pyrrhum: eo quod castrametari docuisset: adhuc neminem elegantius loca cepisse: praesidia disposuisse. Exequenti quem tertium diceret: semet dixit: ridens Scipio quidnam tu diceres: si me: inquit: uicisses: tunc uero inquit: me & ante Alexandrum: & ante Pyrrhum: & ante alios posuisses.

EX LIBRO. XXXV.

Inter ea prodigia: quae plurima fuisse traduntur: bouem. Gn. Domitio consule locutum Roma caue tibi: refertur. Nabide Lacedaemoniorum tyrannus incitatus ab aetolis: qui & Philippum & Antiochum ad inferendum bellum Populo Roma. sollicitabant: a Po. Roma. desciiuit: & bello aduersus Philopemenem Aethaeorum praetorem gesto ab aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia Populo Roma. defecerunt: cum quibus societate iuncta Antiochus Syriae rex: cum bellum Graeciae intulisset: complures urbes occupauit: inter quas Chalcidem & tota Euboeam. Res praeterea in Liguria gestas: & apparatus belli ab Antiocho continet.

EX LIBRO. XXXVI.

Arcus Attilius Glabrio con. Antiochum apud Thermopylas. Philippo rege adiuuante: uictum Graecia expulit: idemque aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica con. aedem matris deum quam ipse in palatium intulerat: uir optimus a senatu iudicatus dedicauit: idemque Boios: & gallos uictos in ditionem accepit: & de iis triumphauit. Praeterea naualia certamina prospera aduersus praefectos Antiochi regis referuntur.

EX LIBRO. XXXVII.

Cornelius Scipio con. legato. P. Scipione Africano: qui se fratris legatum futurum dixerat: si ei Graecia: & Asia prouincia decerneretur: cum Gaio Laelio: qui multum in senatu poterat: ea prouincia dari uideretur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum: in Asiam primus omnium Romanorum ducem traiecit. Aemilius Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonesum Rhodiis adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho captus patri remissus est. Victo deinde Antiocho a Lucio Cornelio Scipione adiuuante Eumene rege Attali pergameni filio pax data: ea conditione: ut omnibus prouinciis citra taurum montem cederet. Lucius Cornelius Scipio: qui cum An-

tioco bellauerat: cognomine fratri coæqtus Asiaticus appellatus ē. Colonia deducta est Bononia. Eumeni: quo iuuate Antiochus uictus erat: regnum ampliatum. Rhodijs quoq; & ipsi iuuera: quædã ciuitates concessã. Aemilius Regillus: qui præfectos Antiochi nauali certamine uicerat: naualem triũphum duxit. M. Atilius Glabrio de Antiocho quam Græcia expulerat: & de ætolis triumphauit.

EX LIBRO. XXXVIII.

Fulvius con. in Epiro Ambracientes obsessos per deditiõnem accepit: Caphaleniam subegit. Aetolis perdomitis pacem dedit. Gn. Manlius con. collega eius Gallogræcos: Aetolos: Regios: Totofagios: & Trocinos: qui Brenno duce in Asiam trãsierant: cum soli citra taurũ montem minime parerent: uicit. Eorum origo & cum ea loca: quæ tenent: occupaueruntq;: refertur. Exemplum quoque uirtutis & pudiciã in foemina traditur: quæ cum regis gallogræcorum uxor fuerat capta: centurionem: qui ei uim intulerat: occidit. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. cclviii. m. & cccxxx. Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta est. Gn. Manlius contradicentibus decem legatis: ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat: de gallogræcis acta per se causa in senatu triumphauit. Scipio Africanus die ei dicta: ut quidam aiunt: a Petilio Acteio trib. ple. ut quidam a Næuio quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudasset: posteaquam is dies uenit euocatus in rostra: hac die: inquit: quirites Carthaginem uici: & prosequente populo capitolium ascendit: inde na amplius tribunicijs iniurijs uexaretur: in uoluntarium exilium Linternum concessit: incertum ibi an Romæ defunctus: nam eius monumentum utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus frater Africanus eodem peculatus crimine accusatus damnatusq;: cum in uincula & carcerem duceretur. T. Sempronius Gracchus tribunus plebis: qui antea Scipionis inimicus erat: intercessit: & ob id beneficium Africanus filiam duxit. Cum populus quæstores in bona eius publice possidenda misisset: non modo in iis ullum uestigium pecuniæ regiæ apparuit: sed nequaquam tantum in ærarium redactum: quãtã summa erat damnatus. Collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quæ necessitati ei erat ad cultum retenta

EX LIBRO. XXXVIII.

Emilius consul liguribus subactis uiam a Placentia usque Ariminum perductã flaminia iunxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu asiatico referuntur. Ligures: quicunq; citra Appenninum erant: subacti sunt. Bacchanalia sacrum græcum & quidẽ Nocturnum scelerum omnium maximum sæminariũ: cum ad ingetis turbæ coniurationem peruenissent: a cõsule iuestigatũ & multorum poena sublatũ ē a censoribus. M. Valerio Flacco & M. Portio Catõ & belli & pacis artibus maximo motus est senatu. L. Quintius Flaminius. T. Quintii frater eo quod cum Galliam prouinciã cõsul obtinuerat: rogatus a Penio Philippo: quem amabat: scorto nobili: gallum quendam sua manu occiderat: siue ut quidam tradiderunt: unum damnatorum securi percusserat: rogatus a meretrice Placentina: cuius amore deperibat: extat in eum. M. Catonis oratio. Scipio Linterni decessit. Et tanquam iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum: Hannibal a Prusia Bithyniæ rege: ad quem uicto Antiocho confugerat: cum dederetur romanis: qui ad exposcendum illum. T. Quintium Flaminius miserant: ueneno sibi mortem consciiuit. Philopœmenes quoq; dux achæorum uir maximus est a messenijs interemptus ueneno: cum ab iis bello captus esset. Colonia Polentia: & Pisaurum & Mutina: & Parma deductæ sunt. Præterea res aduersum celtiberos prospere gestas & initia causaq; belli Macedonici continet: cuius origo inde uenit: quod Philippus ægre ferebat regnum suum minui a romanis: eo quod cogere a thracibus alijsq; locis præsidia deducere.

EX LIBRO. XL

Ubi Philippus liberos eorum: quos in uinculis nobilissimorq; quidẽ hoium habebat: cõquiri: ad mortẽ iussisset. Theoxena p liberis suis & sororis uerita admodũ pueris regis libidine: platis in mediũ gladijs & poculo: in quo erat uenenu: suasit iis: ut iminens ludibriũ morte effugeret & cum psuasisset: ipsa etiã se interemit. Certamina iter Philippi Macedoniae regis liberos Perseum & Demetriũ referuntur: & ut fraude fratris sui Demetrius confictis criminibus: inter quæ accusationem parricidii: & affectionẽ regni primũ ferro petitus: ad ultimũ quoniã Po. Ro. amicus erat: ueneno necatus ē: regnũq; Macedoniae mortuo Philippo ad Perseũ deuenit. Itẽ res in Liguribus & Hispania contra celtiberos a pluribus feliciter gestas cõtinet. Colonia Aquileia deducta ē. Libri Numæ Põpili in agro. L. Petilii Scribæ sub ianiculo a cultoribus agri in arca lapidea clausi: & græci & latini iuẽti sunt: in quibus plura: quæ dissoluẽdã religionũ erãt prætor: ad quẽ delati erãt: cũ legisset: iurauit senatui cõtra rempublicam esse ut legerentur seruarenturq;: & ex senatuscõsulto in comitio exusti sunt. Philippus agritudine animi confectus: quod Demetrium filium falsis alterius filii in eũdem delationibus impulsus ueneno sustulisset: & de poena Persei cogitauit: uoluitq; Antiogonum potius amicum suum successorẽ regni sui relinquere: sed in hac cogitatione morte raptus est regnum Perseus accepit.

EX LIBRO. XLI.

Gnis in aede Vestæ extinctus ē. T. Sempronius Gracchus pcon. celtiberos uictos in deditiõne accepit: monumentumq; operum suorum Grachorum oppidum in Hispania constituit. Et a posthumo Albino pconsule Vaccei ac Lusitani subacti sunt: de utrisq; triũphauit. Antiochus Antiochi filius obses Romanis a patre datus: mortuo fratre Seleuco: qui patri defuncto successerat in regnum Syriæ ab urbe dimissus. Lustrum a censoribus conditum ē: censa sunt ciuium capita. cclxiii.

milia.cclxxxiiii. Q. Volumnius Saxa tri. ple. legem tulit: ne quis hæredem mulierem instituere: sua/ sit legem. M. Cato: extat oratio eius. Præterea res contra ligures: histros: sardos: & celtiberos a complu/ ribus ducibus gestas continet. Et inicia belli macedonici: quod Perseus Philippi filius moliebatur: mi/ serat ad Carthaginenses legationem: & ab iis nocte audita erat: sed & alias Græciæ ciuitates sollicita/ bat: qui præter religionem quod quam multa tēpla magnifica multis locis erexit Athenis: Iouis olym/ pii & Antiochiæ uilissimum regem egit.

EX LIBRO. XLII.

Fluius Flaccus censor templum Iunonis Lacinia tegulis marmoreis spoliavit: ut ædē: quam/ dedicauerat: tegeret tegulæ ex. S. C. reportatæ. Eumenes Asia rex in senatu de Perseo Mace/ donia rege quæstus est: cuius iniuriæ in Populum Romanum referuntur: ob quas bello ei in/ dicto. P. Licinius Crassus consul: cui Macedonia decreta erat: in Macedoniam transiit: leuibusq; expe/ ditionibus equestribus præliis in Thessalia cū Perseo felici euētū pugnauit. Inter Masinissam & Car/ thaginenses de agro fuit dies ad disceptandū a senatu datus. Legati missi ad ciuitates focias & reges ro/ gandos ut in fide permanerēt dubitantibus rhodiis. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt/ ciuium capita. cclvii. milia. cc. xxxi. Res præterea aduersus corsos & ligures prospere gestas continet.

EX LIBRO. XLIII.

Prætores nonnulli: eo quod auare & crudeliter p̄uincias administraissent: damnati sunt. P. Li/ cinius Crassus pro consul quamplures in Græcia urbes expugnauit & crudeliter diripuit: ob/ id captiui: qui ab eo uænierant: ex. S. C. postea restituti sunt. A. præfectis classium Romanorū/ multa impotenter in socios facta: Res præterea a Perseo rege in Thracia prospere gestas continet: & ui/ ctis dardanis & Illyrico: cuius rex erat Gentius: Motus qui in Hispania ab Osonico factus erat: ipso in/ terempto confedit. M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.

EX LIBRO. XLIII.

Caius Martius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam: compluresq; urbes occupauit. Rhodii misere legatos Romam minantes ut Perseo essent auxilio nisi populus Romanus cū/ eo pacematque amicitiam coniungeret: indigne id latum. Cum id bellum. L. Aemilio Paulo/ sequentis anni consuli iterum mandatum esset. Paulus in concione precatus est: ut quicquid diri. Po. Roma. immineret supra domum suam conuerteretur: & in Macedoniam profectus Perseū uicit: uni/ uersamq; Macedoniam in potestatem redegit: antequam confligeret dixit: exercitui ne miraretur: qd' luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoq; rex illyricorum: cum rebellasset: a Licinio prætore/ uictus uenit in deditioem: & cum uxore & liberis & propinquis Romam missus. Ab Alexandria le/ gati a Cleopatra & Ptolomæo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege Syria: quod is bellum/ inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami & Gentio rege illyricorum: quia iis pe/ cuniam quam promiserat: minime dabat: ab iis relictus est.

EX LIBRO. XLV.

Perseus ab Aemilio Paulo in Samothracia captus est. Cum Antiochus Syriae rex Ptolemæum/ & Cleopatram Aegypti reges obsideret: & missis ad eum a senatu legatis: qui iuberent ab obsi/ dione socii regis absisteret: æditisq; mandatis consideraturum se ille: quid faciendum esset: re/ spondisset: unus legatorū Popilius uirga regē circūscripsit: iussitq; ante quā circulo excederet: respon/ sum daret: qua asperitate effecit: ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorū/ ac regum in senatum admissæ. Rhodiorum: quia eo bello contra populum Romanum fuerant: exclu/ sa: postero die: cum de eo quæreretur: ut iis bellum iudicaretur: causam in senatu patriæ suæ legati ege/ runt: nec tãquam hostes nec tãquam socii dimissi. Macedonia in prouinciæ formā redacta est. Aemi/ lius Paulus repugnantibus militibus eius propter minorem prædam & contradicente Seruio Sulpi/ tio Galba triumphauit: & Perseum cum tribus filiis ante currum duxit: cuius triumphī læticia: ne so/ lida ei contingeret: duorum filiorum funeribus insignita est: quorum alterius mors patris triumphū/ præcessit: alterius secuta est. Lustrum conditum est a cēsoribus: censa sunt ciuiū capita. cccxii. milia. d. ccv. Prusias Bithyniæ rex Romā: ut senatui gratias ageret ob uictoriā ex Macedonia partam uenit: & Nicomedem filium suū senatui cōmendauit: rex plenus adulationis libertum se Po. Ro. eē dicebat.

EX LIBRO. XLVI.

Eumenes rex Romam uenit: qui quia macedonico bello se medium egeret: ne aut inimicus iu/ dicatus uideretur: si exclusus esset. aut liberatus crimine: si admitteretur: in comitio lex lata ē: ne cuiquam regi Romam uenire liceret. Claudius Marcellus cōsul alpios gallos. G. Sulpicius/ Gallus ligures subegit. Legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene: quod fines suos popularetur: dixeruntq; eum conspirasse cum Antiocho contra Populum Romanū. Societas cum deprecantibus/ rhodiis iniuncta ē. Lustrū a censoribus conditū ē: censa eo sunt ciuium capita. cccxxvii. milia. xxii. Prin/ ceps senatus lectus. M. Aemilius Lepidus. Ptolemeus aegyptiorum rex a minore fratre e regno pulsus/ missis ad eum legatis in regnū restitutus est. Ariarathes Cappadociæ rege mortuo: filius eius Ariara/ thes accepit regnū: & amicitia per legatos cum populo romano renouauit. Res præterea aduersus ligu/ res: corsos: & lusitanos: uario euētū gestas: & motus Syriae mortuo Antiocho: q filiū Antiochū puerū/ admodū reliquerat: continet hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius: qui Romā obses missus fuerat: clam: quia minime dimitebat a romanis: iterem: & ipse i regnū rece/

ptus Lucio Aemilio Paulo: qui Perseum uicerat: mortuo: cuius tanta abstinentia fuit: ut cum ex Hispania & Macedonia maxias opes rettulisset: uix ex auctioe bonorū eius redactū ē: unde dos uxori eius rederef. Pōtinā paludes a Cornelio Cethego cōsule: cui ea puicia euenerat: siccatae: agerq; ex iis factus.

EX LIBRO. XLVII.

N. Tremelio tri. pl. multa dicta est: quod cum. M. Aemilio Lepido pontifice maximo iniurio se contenderat: sacrorum quoq; magistratuum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrū a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. cccxxxviii. milia. cccxiii. princeps senatus lectus Aemilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres: qui dissidebant: fœdus ictum: ut alter in Aegypto: alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociae rex consilio Demetrii regis Syriae: & uiribus pulsus regno a senatu restitutus est. Missi a senatu legati: qui inter Masinissam & Carthaginenses de agro iudicarent. Gaius Martius consul aduersum dalmatas parum prospere primum: postea feliciter pugnauit cum quibus bello conflagendi causa fuit: quod illyricos Populi romani socios uastauerat: eandemque gentem Cornelius Nasica consul domuit. Q. Opimius consul transalpinos ligures: qui Massiliensium oppidum Antipolim & Niceam uastabant: subegit. Præterea in Hispania a compluribus pag; prospere res gestas cōtinet. Cōsules anno qngētesimo nonagesimo octauo ab urbe cōdita magistratū pactis comitiis insequētisq; anni con. creatis inire cœperunt: mutandi comitia causa fuit: quod Hispani rebelabant. Legati ad disceptandum inter Masinissam & Carthaginenses missi nūciauerūt uim naualis materiae se Carthagine depræhēdisse. Quidā ptores a prouinciis auariciae nomine accusati & dānati sunt.

EX LIBRO. XLVIII.

Vstrum a cēsoribus cōditū ē: cēsa sunt ciuiū capita. cccxxiiii. milia. Semia belli tertii punici referunt: cū i finibus Carthaginēsiū maxius numidag; exercitus. Archo barzane duce: Syphacis nepote diceref eē. M. Portius Cato suafit: ut carthaginēsiū: q exercitū specie contra Masinissam regē: sed re uera cōtra Romanos accitū i finibus haberēt: bellū idiceretur: cōtradicēte. P. Cornelio Nasica: placuit legatos mitti Carthaginē q specularent: qd ageref: castigato senatu carthaginēsiū: qd cōtra fœdus exercitū & nauales materias haberēt: pacē iter Masinissam & eos facere uoluerūt: Masinissa agro: de quo lis erat: cedēte. Sed Gisgo Hamilcharis filius hō seditiosus: q tūc i mgratu erat: cū senatus paritū se iudicio legatorū dixisset: ita bellū aduersus Romanos suadēdo cōcitauit: ut legatis: quo minus uiolarent: fugā explicuerit: id nūciates ifestū iā senatum Carthaginēsiū ifestiorē fecerūt: Marcus Portius Cato funus mortui filii in p̄tura tenuissimo: ut ualuit: nā paup erat: sumptu fecit. Andricus: q se Persei filiiū regis quōdā Macedonia ingēti asseueratione mētiref: Romā missus. Marcus Aemilius Lepidus: q p̄iceps senatus sextis iā cēsoribus erat lectus: ante quā expiraret: p̄cepit filiiū lecto se strato sine liteis: sine purpura efferrēt: i reliquū funus: ne plus quā æris denos cōsumerent: imaginū specie non sumptibus nobilitari maximog; uirog; funera solere. De ueneficiis quāsitū: Publia & Licinia nobiles foeminae: quæ uiros suos necasse ifimulabant: cognita cā cū p̄tori p̄des uadesq; dedissent: cognatorum decreto necatae sunt. Gulusia Masinissae filius denūciauit Carthagine delectus agi: classem comparari & haud dubium bellum strui: cum Cato suaderet: ut iis bellum indiceretur. P. Cornelio Nasica dicente nihil temere faciēdum: placuit decem mitti legatos exploratū. L. Licinius Lucullus. A. Posthumius Albinus consules cum delectum se uere agerent: nec quēquam gratia dimitterent: a tri. plebis: qui pro amicis suis uacationem impetrare non potuerunt: in carcerem coniecti sunt. Hispaniēse bellum cum parū p̄spere aliquoties gestū ita cōfudisset ciuitatē Romanā: ut ne ii qdē iueniretur: q aut tribunatū ex ciperēt: aut legati ire uellent. P. Cornelius Aemilianus p̄cessit: & exceptūq; militiae genus quodcūq; imperatū esset: p̄fessus ē: quo exemplo ad militandi studium oēs incitauit. L. Lucullus cōsul: cui Claudius Marcellus successerat: pacasse omnes Celtiberiae populos: cū uideretur: uacceos: catabros: & alias regiones: & iteg; alias i cognitatas nationes in Hispania subegit: ibi Publius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus. L. Pauli filius Africani nepos: & adoptiuus prouocatore m barbāq; tribunus militum occidit: & in expugnatione captæ urbis maius multo etiam periculum adiit: nā mug; primus oīum transcendit. Seruius Sulpicius Galba p̄tor male aduersus lusitanos pugnauit. Cū legati ex africa cū Carthaginensium oratoribus & Gulusia Masinissae filio redissent: dicerentq; & exercitū & classem Carthaginē dephēdisse: prorogari sentētiam placuit: Catone & aliis principibus senatus suadentibus: ut i Africam confestim trāsportaretur exercitus: quia uero Cornelius Nasica dicebat nōdū sibi iustam cām belli uideri: placuit: ut bello abstineref: si Carthaginēses classem exussissent: & exercitū dimississent: si mius proximi cōsules de bello punico referrent. Cū locatū a cēsoribus theatrū extueref. P. Cornelio Nasica auctore tanq; inutile & nociturum publicis moribus ex Se. C. destructum est: populuscq; aliquam diu stans ludos spectauit. Carthaginenses tum aduersum fœdus bellum Masinissae intulerunt: uicti ab eo nonagesimum secundum annum habente: & sine pulpamine mandere & gustare cybum tātum modo solito: insuper Romanum bellum meruerunt.

EX LIBRO. XLVIII.

Ertii punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab urbe condita intra quintum annum quā erat cœptū consumatū omnino est. Inter. M. Portiū Catonē & Scipionem Nasicā: quog; alterū sapientissimū uirum in ciuitate habebant: alter uir optimus a senatu iudicatus erat: diuersis certatum est sententiis: Catone suadente bellū: & ut omnino deleretur Carthago: Nasica dissuadente: placuit nihilominus quod cōtra fœdus naues haberēt: & extra fines exercitū duxissent: quodq;

socio populi. ro. & amico Masinisse arma intulissent: & quod filium eius Gulustam: qui cum legatis romanis erat: in oppidum minime recepissent: bellum iis indici. Priusquam ullæ copiæ in naues impo-
neretur: uticenses legati Romam uenerunt: se suaq; oia dedentes: ea legatio ueluti maximū belli omen
grata patribus: acerba carthagenensibus fuit: Diti patri ludi ad tarentum ex Præcepto librogæ sybillino
facti: qui anno primo primi punici belli quingentesimo: & altero anno ab urbe condita facti erāt
Legati triginta Romam uenerunt: per quos carthagenenses se dedebant. Catonis sententia perit: ut
decreto perstaret: & ut consules quāprimum proficisceretur ad bellum: qui ubi in Africam transierūt
acceptis: quos imperauerant: trecentis obsidibus: & armis: oibusq; instrumentis belli: si qua Carthagi-
ne erant. Tunc cum ex auctoritate patrum iuberent: ut in alio loco procul a mari decē milia passuum
nec minus remoto oppidum facerent: indignitate rei ad bellandum carthagenenses cōpulerunt: obsi-
deri oppugnariq; cepta est carthago a. L. Martio. M. Manlio consulibus. In qua oppugnatione cum
neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent: & ab oppidanis graui-
ter caderentur: a Scipione Africano expliciti sunt: per quē & castellū romanorū: quod nocte expugna-
bant: paucis equitibus iuuantibus liberatum est castrisq; quæ carthagenenses oibus copiis pariter ab
urbe egressi oppugnabant: liberatis: is præcipuam gloriā tulit. Præterea cum ab irrita oppugnatione
Carthagenis consul (alter. n. Romam ad comitia ierat) exercitum ducere aduersus Hasdrubalem uel-
let: qui cum altera manu iniquum saltum insiderat: suasisit primo consuli ne tam iniquo loco conflige-
ret: uictus deinde cōplurium: qui & prudentiæ eius: & uirtuti inuidebant: sententiis: & ipse saltum in-
gressus est: cumq; sicut prædixerat: fusus fugatusq; esset romanus exercitus: & duæ cohortes ab hoste
obsideretur: cum exiguis equitum turmis in saltum reuersus liberauit eas: & incolumes reduxit: quā
uirtutē eius & Cato uir promptioris multo ad uituperādum linguæ: in senatu sic profecutus est ut di-
ceret reliquos: qui in Africa militarēt: umbris militare. Scipionem uigore: & populus romanus eo fa-
uore illum cōplexus est: ut comitiis cōplurimæ eum tribus consulē scriberent: cum hoc per ætatē mi-
nime liceret. Cum. L. Scribonius tribunus plebis rogationē promulgasset ut lusitani qui in fœdere po-
puli. ro. dediti a Sergio Galba in Galliam uenissent: in libertatē restituerentur. M. Cato acerrime suasisit
extat oratio in annalibus eius inclusa. Qu. Fuluius Nobilior etiā ab eo in senatu laceratus respondit p
Galba ipse quoq; Galba: cum se dānari uideret: complexus duos filios prætextatos: & filium Galli Sul-
picii cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est: ut rogatio antiquaretur: extant tres orationes
eius duæ aduersum Libonē tribunum plebis rogationesq; eius habitæ de lusitanis: una cōtra. L. Cor-
nelium Cethegum: in qua lusitanos ppter sese castra habentes caelos: fatetur: quod cōpertum habue-
rit equo atq; hoīe suo imolatus per spēm pacis adoriri exercitum suū in animo habuisse: Andruscus q/
dam ultimæ fortis homo Persei regis se filium ferēs: & mutato noīe Philippus uocatus: cum ab urbe
Roma: quo illū Demetrius Syriæ rex ob hoc ipsum mendatiū miserat: clam profugisset: multis ad fal-
sam eius famā uelut ad ueram euntibus: contracto exercitu: totam Macedoniā: aut uoluntate incolen-
tium: aut armis occupauit. Fabulam aut huiusmodi finxerat: ex pellice se Perseo rege ortū: traditū edu-
candum Cyrtusæ cuidam esse: ut in belli casus quod ille cū romanis ageret: aliquod uelut semen stir-
pis regiæ extaret. Perseo demortuo Idramiti se educatum usq; ad duodecimū annū ætatis: patrē eius
esse credentē a quo educaret: ignaq; generis fuisse sui: Affecto deinde eo: cum ppe ad uitæ finē ultimū
esset detectam tandem sibi originem suam: falsaq; matri libellum datum signo Persei: regis signatum
quem sibi traderet: cum ad puberem ætatem uenisset: obtestationesq; ultimas: adiectas ut res in occul-
to ad id tēpus seruarietur: pubescenti libellum tradidit: in quo relictī sibi duo thesauri a patre dicerent
tum sciētēm mulierem subdititium se esse ueram stirpē ignorantī adidisse genus atq; obtestatam: ut
prius: quam ad Eumenem maneret res. Perseo inimicum excederet iis locis ne interficeretur: eo se ex-
teritum simul sperantem aliquod auxilium a Demetrio: in Syriam se contulisse: atq; ibi primum quis
ipse omnino esset: palam expromere ausum.

EX LIBRO. L.

Hessalia cum & illam inuadere armis: atq; occupare pseudo Philippus uellet: per Romanorū
legatos auxiliis achæorum defensa est. Prusias rex Bithyniæ omnium humilimorum fautor
atque uitorum: a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami: occisus est habebat alium fi-
lium: qui pro superiore ordine dentium enatum habuisse unum os continens dicitur. Cum legatos ad
pacem inter Nicomedem & Prusiam faciendam romani misissent: & unus ex iis multis cicatricibus
sparsum caput haberet alter pedibus æger esset: tertius ingenio secors haberetur: dixit Cato eam lega-
tionem nec caput: nec pedes nec cor habere. In Siria: quæ eo tempore ex stirpe generis Persei regis ma-
cedonum in tertia seordiāq; similem Prusiæ regem habebat: iacente eo in ganeo & lustris. Hamoni-
us regnabat: per quem & amici oēs regis & Laodice regiæ & Antigonus Demetrii filius occisi Masi-
nissa Numidiæ rex maior nonaginta annis uir insignis decessit iter cætera opera iuuenilia: quæ ad ul-
timum ædidi: adeo etiam uersus in senectam uiguit: ut post sextum & octogesimalium annum genuerit
unum filium: inter tres liberos maximus natus Mycipsa. Gulusa: & Mastanabal: qui etiam grecis
litteris erat eruditus. P. Scipio Aemilianus cum cōe eis pater regnum reliquisset: & diuidere eos arbi-
trio Scipionis iussisset: administrationem regni diuisit: item Phaniæ Hamilconis præfecto equitum
carthagenensium uiro forti: & cuius opera præcipua poeni utebantur: suasisit ut cum equitatu suo ad ro

manos transfiret. Trium legatorum qui ad Masinissam missi fuerant. Claudius Marcellus: coorta tempestate fluctibus obrutus est. Carthaginenses Hasdrubalem Masinissae nepotem: quem praetorem habebant prodicionis suspectum: in curia interemerunt: quae sulpitio inde emanauit quod propinquus eest Gulusae auxilia romanorum iuuantis. P. Scipio Aemilianus cum edilitatem peteret: consul a populo dictus: quoniam per annos consulem fieri minime licebat: cum maximo certamine suffragantis legis & repugnantibus aliquatulum patribus: legibus solutus: & consul creatus est. M. Aemilius nonnullas urbes circumpositas Carthagini expugnauit. Pseudo Philippus in Macedonia caeso cum exercitu. M. Iuuentio praetore a. Q. Cecilio uictus captusque est relicta Macedonia.

EX LIBRO. LI.

Arthago uiginti tria milia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa & per partes capta est: primum a Mantino legato: deinde a Scipione consule: cui extra sortem prouincia africana data est. Carthaginenses portu nouo: quia uetus a Scipione erat obstructus: facta & contracta exiguo tempore ampla classe nauali praelio infeliciter pugnauerunt. Hasdrudalis quoque eorum ducis castra ad Nesentum oppidum loco difficillimo sita cum exercitu deleta sunt a Scipione: qui tandem urbem expugnauit septingentesimo anno: quae erat condita. Spoliorum maior pars siculis: quibus ablata erant: reddita. Ultimo urbis excidio: cum se Hasdrubal Scipioni dedidisset: uxor eius quae paucis ante diebus de marito minime impetrare potuerat: ut ad uictorem transfugeret: se flagrantis in medium urbis incendium duobus cum liberis ex arce praecipitauit. Scipio exemplo patris eius Aemiliani Pauli: quae Macedonia uicerat ludos fecit: transfugas atque fugitios bestiis obiecit. Belli achaici semina referuntur haec: quod legati. Ro. ab achaicis pulsati sunt: Corinthum missi erant: ut eas ciuitates: quae sub ditione Philippi fuerant: ab achaico concilio fecernerent.

EX LIBRO. LII.

Uim Achaeis: qui in auxilium boetios & chalcidenses habebant. Quintus Cecilius Metellus ad Termopylas bello confligit quibus uictis: dux eorum Critolaus ueneno sibi mortem consciiuit. In cuius locum Dracus achaici motus primus auctor ab achaeis: dux creatus: ad Isthmon a Lucio Manlio consule uictus est: qui omni Achaia in deditioem accepta: Corinthum ex senatusconsulto diruit: quia ibi legati Romanorum uiolati erant. Thebae quoque & Chalcis: quae auxilio fuerant: diruta. Ipse. L. Mumius se abstinentissimum uirum egit: nec quicquam ex iis opibus ornamentisque: quae praediues Corinthus habuit: in domum eius peruenit. Quintus Cecilius Metellus de Andrisco triumphauit. Publius Cornelius africanus Scipio Aemilianus de Darthagie & Hasdrubale. Viriatus primum in hispania ex pastore uenator & ex uenatore latro: mox iusti quoque exercitus dux factus uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Vetilius praetorem: fuso eius exercitu: cepit post quem. G. Blaucius praetor nihilo felicius rem gessit: tantumque terrorem is hostis intulit: ut aduersus eum consulari opus eest & duce: & exercitu. Praeterea motus Syriae: & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignarus & incertae stirpis occiso: sicut ante dictum est: Demetrio rege in Syria regnabat: hunc Demetrius Demetrii filius: qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat: contempta secordia inertiaque eius: adiuuante Ptolemaeo aegypti rege: cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium: bello interemit. Ptolemaeus in caput grauiter uulneratus: intercuracionem: dum ossa medici terebrare contendunt: expirauit: atque in locum eius frater minor Ptolomeus: qui Cyrenis regnabat: successit. Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in suos exercebat: a Diodoto quodam uno ex subiectis: qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat: bello superatus. Seleuciam fugit. Lucius Mumius de achaeis triumphauit: signa aerea marmoreaque & tabulas pictas in triumpho tulit.

EX LIBRO. LIII.

P. Claudius con. salassos gentem alpinam domuit: alter pseudo Philippus in macedonia a. L. Tremelio quator cum exercitu caesus est. Q. Cecilius Metellus praetor celtiberos cecidit a. Q. Fabio praetore praesertim maxia lusitania: expugnatis multis urbibus recepta est. G. Iulius seator graece res roma. scripsit.

EX LIBRO. LIIII.

Vintus Pompeius consul in Hispania termestinos subegit: cum eiusdem quidem: & numatinis pacem ob infirmitatem fecit. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita, ccccxxviii. millia, cccxlii. Cum macedonum legati conquestum uenissent de Iunio Syllano praetore: qui acceptis pecuniis prouinciam spoliasset: & senatus de querelis eorum uellet cognoscere. T. Manlius Torquatus Syllani pater petiit: impetrauitque: ut sibi huiusmodi cognitio mandaret: & domi causa cognita filium condemnavit: abdicauitque: ac ne funeri quidem eius cum suspendio uitam fuisset interfuit: sedensque domi potestatem consultatibus ex instituto fecit. Q. Fabius procon. rebus in Hispania prospere gestis: labem imposuit: pace cum Viriato aequis conditionibus facta uiriatus a proditoribus consilio seruili Cepionis interemptus est: & ab exercitu eius multum imploratus: ac nobilissime tumulatus: uir duxque maximus per quartumdecimum annum: quibus romanis bellum gessit frequentius superior.

EX LIBRO. LV.

Vblio Cornelio Nasica: cui cognomen Serapion fuit: ab irridete curiatio tri. pl. impositum. & D. Iunio Bruto con. delectum habentibus in conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. nam, G. Marienus accusatus est apud tri. pl. quod exercitum in Hispania deseruisset damna

tusque sub furca diu uirgis caesus est: & sestertio nūmo ueniit tri. ple. quia nō impetrarunt: ut sibi de nos quos uellent milites: eximere liceret: consules in carerem mitti iusserunt. Iunius Brutus consu. in Hispania iis: qui sub Viriato militauerant agros oppidumq; dedit: quod Valentia uocatum est. M. Popilius a numantinis: cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat cum exercitu fusus fuga tusq;. Gaius Hostilio Mancino consule sacrificante: pulli ex cauea euolauerunt conscendenti deinde in nauim: ut in Hispaniā proficisceret accidit audiri mane Mancine Mācine auspicia tristia fuisse pbatū est: uictus enim a numantinis: & castris exutus: cum spes nulla seruādi exercitus esset: pacem cum iis fecit ignominiosam: quam ratam esse senatus uetuit: triginta milia romanorū a numātinorū millibus quattuor uicta erant. D. Iunius Lusitaniam urbiū expugnationibus usq; ad oceanum perdomuit & cū fluuium obliuionem transire nollēt: raptum signifero signum ipse transtulit: & sic transgredierentur: persuasit. Alex. filius rex Syriae decem annos admodum habens: a Diodoro: qui Triphon cognomina batur: tutore suo per fraudem occisus est: corruptis quidem medicis: qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti: dum secant illum occiderunt.

EX LIBRO. LVI.

Ecius Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter aduersus gallicos pugnavit Dissimili euen tu. M. Aemilius Lepidus procon. aduersus uacæos rem gessit: cladem que similem Numantiae passus est. Ad exoluendum numantini foederis religione populum. Mancinus: cum huius rei auctor fuisset deditus numantinis: minime est receptus. Lustrum a censoribus conditum est: censa sūt ciuium capita. cccxxiii. millia Fuluius Flaccus con. uardeos in Illyrico subegit. M. Cesonius praetor in Thracia cum scordiscis prospere pugnavit. Cum uitio ducum bellum numantinum non sine publico pudore duraret delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque romano consulatus: quem cū ille capere ob legem quæ uetabat: quenquam intra decem annos iterum cosulem fieri licere minime uellet: sicuti priori consulatu legibus solutus est. Bellum seruile in Sicilia ortum cū opprimi a praetori bus minime ualuisset. G. Fuluius con. mandatum est. Cuius belli initium fuit Eunus seruus natione sy rus: qui: contracta agrestium seruorum manu: & solutis ergastulis: iusti exercitus numerum impleuit Cleon quoque alter seruus ad. lxx. millia seruorum contraxit: & copiis iunctis contra populum roma num exercitumque eius bellum saepenumero gesserunt.

EX LIBRO. LVII.

Cipio Africanus Numantiam obsedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum ad gene rosissimam militiae disciplinam reuocauit: omnia enim deliciarum instrumenta recidit: duo millia scortorum a castris eiecit: militem omni die in opere habuit: & triginta dierum frumen tum ac septenos uallos ferre cogebat: agre propter onus incedenti dicebat: cum gladio recte uallare sci eris uallum ferre definito alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutum amplius iusto fer re iussit: neq; id se reprædere: quoniam melius scuto: quam gladio uteret: quem militem extra ordi nem depræhendit: si romanus esset uitibus: si extraneus uirgis: cecidit: iumenta quidē omnia: ne exo neraret milites: uendidit: multotiens cōtra hostium eruptiones feliciter pugnavit. Vaccei obsessi: libe ris & cōiugibus trucidatis: ipsi se iteremerunt. Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriae cū celare aliis impatoribus regū munera mos esset: pro tribunali ea accepturū se esse dixit: eaq; oīa refer re quaestori in publicas tabulas iussit: ex iis uiris fortibus munera se daturū. Cū undiq; Numantiā obsi dione clausisset: & oppressos fame uideret urgeri hostes qui pabulatum exierant: uetuit interimi: qd' diceret uelocius eos absumpturos frumētum: quod haberent: si plures quidem fuissent.

EX LIBRO. LVIII.

Itus Sempronius Graccus tri. ple. cum agrariam legem ferret aduersus uolūtatem senatus & equestris ordinis: ne quis ex publico agro plus quam decem iugera possideret: i eum furorem exarfit: ut. M. Octauio collegæ causam diuersæ Partis defendēti potestatem lege lata abroga ret: seq; & fratrem Graccum & Ap. Claudium soceq; triuuiros ad diuidendū agrum crearet: promul gavit & aliam legem agrariam: qua si quis latius agrum patefacerat: ut idem oīno triuuiiri iudicarent: qua publicus ager: qua priuatus esset: deinde cum minus agri eēt: quam quod diuidi posset: sine offen sa etiam plebis: quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperādi icitauerat: legem se promulga turum ostendit: ob id ut iis qui semproniam lege agrum accipere deberēt: pecunia quæ regis Attali fu isset: diuideretur: heredem autem Po. Ro. reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius: tot idigna tionibus cōmotus grauiter senatus ante oēs. C. Antonius con. qui cum i senatu in Graccum peroraf set raptus ab eo ad populum: delatusq; plebei rursus in eum pro rostris concionatus est. Cum iterum tri. ple. creari uellet: Graccus auctore. P. Cornelio Nasica: in capitolio a primatibus occisus est: ictus pri mum fragmētis subselliorum: & inter alios: qui in eadem seditiōe occisi erant: insepultus & in flumē proiectus. Res præterea in Sicilia uario euentu aduersum fugitiuos gestas cōtinet:

EX LIBRO. LVIII.

Numantini fame maxime coacti: ipsi se per uices trucidauerunt: captam urbem Scipio Africa nus deleuit: & de ea triumphauit: quartodecimo anno post Carthaginem deletam. P. Atilius con. in Sicilia cum fugitiuus debellauit. Aristonicus regis Eumenis filius Asiam occupauit: cū testamento Attali regis legata po. Ro. libera esse deberet. Aduersus eum. P. Lucinius Crassus cōsul: cū

idem pontifex max. esset: quod nunquam antea factum erat: extra Italiam profectus praelio uictus: & interemptus est. M. Perpéna con. uictum Aristonicum in deditioem accepit. Qu. Pompeius: & Qu. Metellus tunc primum uterq; ex plebe censores facti. Lustrum a censoribus est conditum censa sunt capita. cccxviii. milia. dcccxxiii. præter pupillos & uiduas. Q. Metellus censor censuit: ut ducere uxores omnes cogeretur oïno liberorum creandorum causa: extat oratio eius: quam Augustus Cæsar: cum de maritandis ordinibus ageret: uelut eo tempore scriptam in senatu recitauit. G. Attilius Labeo tri. ple. Qu. Metellum censorem: a quo in senatu legendo præteritus erat: de saxo deiici iussit: quod ne fieret: cæteri tri. ple. auxilio quâmaxime fuerunt. Cum Carbo tri. ple. rogationem tulisset: ut eundem tribunus plebis: quotiens quidem uellet: creari: liceret: rogationem eius. P. Africanus grauißima oratione dissuasit: in qua dixit Ti. Graccum iure cæsum uideri. Graccus contra suasit rogationem: sed Scipio censuit. Bella inter Antiochum regem Syriae & Phrahatem parthorum regem gesta: nec magis quietæ res Aegypti referuntur. Ptolemæus Evergetes cognominatus ob nimiam crudelitatem suis inuisus: i censa a Po. regia: clam in Cyprum profugit: & cum forori eius Cleopatram: quam eius uirgine filia per uim compressa: & in matrimonium ducta repudiauerat regnum a populo datum esset: infensus filium: quem ex illa habebat: in Cypro occidit: caputq; eius: & manus: & pedes matri misit. Seditiones a triuuiris Fuluius Flacco. G. Gracco: & G. Carbone de agro diuidendo creatis excitatae: quibus cum. P. Scipio Africanus aduersaretur: fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset: mortuus in cubiculo inuentus est: suspecta fuit: tanquam uenenum ei dedisset Sempronia uxor: hinc maxime: quod foror esset Graccorum: cum quibus similtas Africano fuerat: de morte tamen eius nulla quaestio acta: quo defuncto seditiones triuuirales acrius exarserunt. G. Sépronius con. cõtra lapigas: primo male re gessit: mox uictoria cladé accepta emédauit: uirtute. D. Iunii Bruti eius: q; Lusitaniã subegerat.

EX LIBRO. LX.

Vrelus consul sardos subegit. Fuluius Flaccus primus omnium transalpinos ligures bello domuit. missis in auxilium massiliensibus aduersus Falanios gallos qui populabant fines massiliensium. L. Opimius prætor fregellanos: qui defecerant. in deditioem accepit: Fregellas diruit. Pestilentia in Africa a maxima multitudine locustarum: & deinde necatarum strage fuisse traditur. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. cccxxxx. millia. dcccxxvi. Graccus Tiberii frater tri. ple. eloquentior quam frater perniciosas aliquas leges tulit: inter quas frumetariam: ut semis & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam: quam frater eius tulerat: tertiã qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corrumpere: trecenti senatores erant: sexcenti equites: ut trecentis senatoribus admiscerentur: id est: ut equester ordo bis tantum uirium in senatu haberet: & continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit: ut complures coloniae in italia deducerentur: & una in solo diruta Carthaginis: quo ipse triumuir creatus coloniam deduxit. Præterea res a. Q. Metello consule aduersus Baleares gestas continet quos graeci Gymnesias appellant quia aestate nudi exigant: Baleares a teli missu appellati: ut a Balteo Herculis comite ibi relicto tunc cum Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoq; Syriae referuntur: in quibus Cleopatra Demetrium: uirum suum: & Seleucum filium: multum indignata: quod occiso patre eius: a se iniussu suo diadema: sumpsisset interemit.

EX LIBRO. LXI.

Sestius procon. uicta saluorum gente coloniam aquas. Sestias condidit ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus: atque a nomine suo ita appellatas. Gn. Domitius porcon. contra allobroges ad oppidum uindalium multum feliciter pugnavit: quibus bellum inferendi causa fuit: quod Teutomalium Saluorum regem fugientem recepissent: & omni ope iuissent: quodque heduorum agros sociorum populo romano uasta uissent. G. Gracchus: seditioso tribunatu acto: cum auentinum armata quoq; multitudine occupauisset. a. L. Opimo consule ex. S. C. uocato ad arma populo pulsus interemptusq; est: & cum eo Fuluius Falccus socius eiusdem. Qu. Fabius Max. consul pauli nepos aduersus allobroges: & Bituitum auernorum regem feciliter pugnavit: ex Bituiti exercitu caesa millia hominum centum uiginti: & cum ipse ad satisfaciendum: senatui Romam profectus esset albæ custodiendus datus est: quia contra pacem uidebatur: ut in Galliam remitteretur: decretum quoq; est: ut congentiatus filius eius compræhensus Romam mitteretur. Allobroges in deditioem accepti. L. Opimius accusatus apud populū a. Q. Decio tri. ple. quod idem natos ciues i carcere cõiecisset liberatus est.

EX LIBRO. LXII.

Martius con. sarnios gentem alpinam expugnauit Mycipsa numidarum rex mortuus regnum tribus filiis reliquit Adherbali. Hyempfali: & lugurthæ fratris filio quem i filium adoptauerat. L. Cecelius Metellus Dalmatas obsedit: lugurtha Hyempfalem fratrem bello petiit quem uictum interemit. Adherbalem regno expulit: q a senatu restitutus est. L. Cecilius Metellus. Gn. Domitius Aenobarbus cẽsores duos & triginta senatu amouerunt: p̄terea motus Syriae regaq; cõtinet.

EX LIBRO. LXIII.

Ato. Portius con. in Thracia male aduersus sardiscos pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita. cccxciii. millia. cccxxvi. aemylia Licinia: & martia uirgines uestales incesti damnatae sunt: idque incestum: quemadmodum commissum: depræhensum:

& iudicatum sit. refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt: ab iis Papyrius Carbo consul cum exercitu fusus est. Liuius Drusus consul aduersus fardiscos gentem a gallis oriunda in Thracia feliciter pugnavit: magnumque honorem tulit.

EX LIBRO. LXIII.

Dherbal bello petitus a Iugurtha: & in oppido Cyrtha obsessus: contra denunciationem senatus ab eo occisus est: ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum: idque etiam Calpurnius Bestia con. genere iustus pacem cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandum consiliorum suorum auctores: quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur. Romam uenit: & poterat eadem admissam in regulum quendam nomine Masinissam: qui regnum eius possideret. inuisi appetebat: interfectum. Romam cum periclitaretur: causam capitis dicere iustus clam profugit: & cadens urbe feretur dixisse. Urbem uenalem: & citu perituram: si emptorem inuenerit. A. Posthumius legatus infeliciter prelio aduersus Iugurtham gesto conflixit: pacemque etiam multum ignominiosam adiecit: quam quidem minime esse seruandam senatus censuit.

EX LIBRO. LXV.

Vintius Cecilius Metellus consul duobus preliis Iugurtham fudit: & uniuersam Numidiam uastauit. M. Iunius Syllanus con. aduersum cimbros infeliciter pugnavit legatis cimbriorum sedem & agros: in quibus consisterent: postulantibus senatus negauit. M. Minutius procon. contra thracas feliciter quidem pugnavit. L. Cassius con. a tigurinis gallis pago eluetiorum: qui a ciuitate secesserant: in finibus allobrogum cum exercitu caesus est: milites: qui ex ea clade superauerant: obsidibus datis: & dimidia rerum omnium parte ut incolumes dimitterentur: cum hostibus pacti sunt.

EX LIBRO. LXVI.

Iugurtha pulsus a G. Mario ex numidia: auxilio Bochi maurorum regis adiutus est: & caesus prelio Bochi quoque copiis: nolente Bocho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere: uinctus ab eo & traditus Mario est in qua re principia opera. L. Coruelii Syllæ quaestoris Marii fuit.

EX LIBRO. LXVII.

Vrelus Scaurus legatus con. a cimbriis: fuso exercitu: captus est: & cum in consilium ab iis euocatus deterreret eos: ne Alpes transirent Italiam petaturi: eo quod diceret Romanos uinci minime posse: a Bolo rege feroci iuvene occisus est. Ab iisdem hostibus. G. Manlius & Q. Seruilius: Cepio proconsules uicti prelio castrisque binis exuti sunt: octoginta millia militum occisa: calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundum P. R. iussione. Cepionis: cuius temeritate clades accepta erat: danati bona publicata sunt: primoque post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho Gaii Marii ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis: & in carcere necatus. Marius triumphali ueste in senatum uenit: quod nemo ante eum fecerat: eique propter cimbrici bellum metum continuatus per quamplures annos magistratus est: consulatu secundo & tertio absens consul creatus: quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Gnæus Domitius: pontifex maximus: populi suffragio creatus est. Cimbri uastatis omnibus: quæ circa Rhodanum & Pyreneum sunt per saltum in Hispaniam transgressi: ibique multa loca populati: a Celtiberis fugati sunt: reuersique in Galliam bellicosus quidem se Teutonis coniunxerunt.

EX LIBRO. LXVIII.

Antonius prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est. Gaius Marius con. summa uia oppugnata a Teutonis & Ambronibus castra defendit: duobus deinde preliis circa aquas festias eos hostes deleuit: in quibus caesa traduntur hostium ducta millia: capita nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est: triumphum oblatum: donec cimbros uinceret: distulit. Cimbri repulso ab Alpibus fugatoque. Q. Catulo procon. qui fauces Alpium obsederat: & ad flumen Athesim castrorum aeditum infederat: reliqueratque: ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumque profecuti in Italiam traiecissent: iunctis eiusdem Catuli & G. Marii exercitibus prelio uicti sunt ab eis in quo caesa traduntur hominum centum quadraginta millia. capita. lx. Marius totius ciuitatis consensu receptus pro duobus triumphis: qui offerebantur: uno contentus fuit primores ciuitatis: qui aliquantulum: ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant: conseruatam ab eo remp. fatebantur. P. Malleolus: matre interempta: primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. Ancylia cum strepitu mota esse: antequam cimbricum bellum consumaretur: referuntur. Bella præterea iter Siriae reges continet.

EX LIBRO. LVIII.

N. Apuleius Saturninus: adiuuante G. Mario: & per milites occiso. A. Numio competitore triplis. per uim creatus non minus uiolenter tribunatum. quam petierat: gessit: & cum legem agrariam per uim tulisset: Metello Numidico: eo quod in eam minime iurasset diem: dixit: qui cum a bonis ciuibus defenderetur: ne causa malorum certaminum esset: uoluntarium exilium Rhodum profectus est: ibique legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. Profecto. G. Marius seditionis auctor: qui sextum quidem consulatum per tribus sparsa pecunia emerat: aqua & igni interdixit. Idem Apuleius Saturninus triplis. G. Memmium candidatum consulatus petito rem maximum: quem aduer-

sarium eius actionibus suis timebat: interemit. Quibus rebus concitato quaplurimum senatu in eius causam: & G. Marius homo mutabilis & uarii consilii ingeniq; qui semper secundum fortunam transferat: eum tueri minime posset: oppressus armis cum Glaucia praetore: & aliis eiusdem furoris sociis bello quodam interfectus est. Q. Cecilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius con. in Sicilia bellum seruile concitatum confecit.

EX LIBRO. LXX.

U. M. Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret: ipse rogare iudices uoluit. M. Antonius: qui pro eo peroabat. tunicam a pectore eius discidit: ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis: indubitanter absolutus est: Cicero eius rei solus auctor Didius procon. aduersum celtiberos feliciter pugnavit. Proleomus cyrenarum rex: cui cognomen Appionis fuit: mortuus haeredem populo. ro. reliquit: & eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobrazanes in regnum Cappadociae a L. Cornelio Sylla reductus est: parthorum legati a rege Arface missi ad Syllam uenerunt: ut amicitiam a populo. ro. peterent. P. Rutilius uir summam innocentiam: qui legatus G. Marii procon. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat: inuisus equestri ordini: penes quem uitia erant: repetundarum damnatus in exilium missus est. G. Geminius praetor contra thracas infeliciter pugnavit. Senatus cum impotentiam equestri ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet: omni uinitia coepit: ut ad se iudicia transferentur: sustinente causam eius. M. Liuius Druso tri. pl. qui: ut uires sibi acquireret: pernitiosa spe largitionis plebem concitauit: praeterea motus Syriae regumque continet.

EX LIBRO. LXXI.

Arcus Liuius Drusus tri. ple. ut maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur. socios: & italicos populos spe ciuitatis romanae sollicitauit: iisque adiuuantibus: per uim legibus agrariis frumentariisque latis: legem quoque iudicalem tulit: ut aequa parte iudicia penes senatum: & equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa sociis ciuitas praestari non posset: irati italici defestationem coeperunt agitare: eorum coitus: coniurationes: orationesque in conciliis principum referuntur propter quae Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus: uelut socialis belli auctor: incertum a quodam occisus est.

EX LIBRO. LXXII.

Italicus populi defecerunt picentes: uestini: marsi: peligni marucini: Lucani sanites initio belli a picentibus moto. Qu. Seruilius procon. in oppido Asculo cum omnibus ciuibus romanis qui in eo oppido erant occisus est: saga populus sumpsit. Seruilius galba a lucanis comprehensus: unius foeminae opera: ad quam diuertebatur: captiuitate exemptus est Esernia & Alba colonia ab italicis obsessae sunt. Auxilia demum latini nominis externarumque gentium missa populo romano & expeditiones inuicem urbiumque expugnationes referuntur.

EX LIBRO. LXXIII.

V. C. Caesar con. male aduersus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem samnitium cum. L. Posthumio praetore uenit: qui interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Cum. P. Rutilius con. parum prospere contra marsos pugnasset & in praelio cecidisset. G. Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hostibus conflixit. Sex. Sulpitius pelignos fudit. Q. Cepio legatus Rutilii cum obsessus prospere in hostes irrupisset: & ob eum successum aequatum est cum. G. Mario esset imperium: temerarius factus & circumuentus incidiis: fuso exercitu: cecidit. L. Caesar consul feliciter contra samnites pugnavit: ob eam uictoriam Romae saga posita sunt & ut uaria belli fortuna esset: Esernia colonia cum. M. Marcello in potestatem samnitium uenit. Sed & G. Marius praelio marsos fudit. Hirnio Asinio praetore marucinorum occiso. G. Cecilius in Gallia trasalpina saluos rebellantes uicit.

EX LIBRO. LXXIII.

N. Pompeius picentes praelio fudit: & obsedit: pro qua uictoriam Romae praetextae: aliaque magistratu ornamenta insignia sumpta sunt. G. Marius cum marsis dubio euentu pugnavit. Libertinorum primum militare coeperunt. Aurelius plotius legatus umbros. L. Portius praetor marsos: cum uterque populus defecisset: praelio uicerunt. Nicomedes in Bytinae: Ariobarzanes in Cappadociae regnum reducti sunt. Gn. Pompeius con. marsos acie uicit. Cum aere alieno oppressa esset ciuitas. A. Sempronius Asellius praetor: quonia secundum debitores ius dicebat: ab iis: qui foenerabatur: in foro occisus est. Praeterea incursiones thracum in Macedoniam populationesque continet.

EX LIBRO. LXXV.

Posthumius Albinus legatus in obsidione castrorum hostiliu cecidit. Sulpitius legatus: cum classis praesesset: infamis crimine perditionis ab exercitu suo interfectus. L. Cornelius Sylla legatus samnites praelio uicit: & bina castra eorum expugnauit. Gn. Pompeius uestinos in deditioem accepit. L. Portius con. rebus prospere gestis fuscisque aliquoties marsis: dum castra eorum expugnat: cecidit: ea res hostibus uictoriam eius praelii dedit. Cosconius & Luceius samnites acie uicerunt: Mariu aegnatium nobilissimu hostiu ducem occiderunt: compluraque eorum oppida in deditioem acceperunt. L. Sylla hirpinos dormuit: samnites multis praeliis fudit: aliquot populos recepit: quatisque raro quisquam ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus Romam est profectus.

EX LIBRO. LXXVI.

a Gabinius legatus: rebus aduersum lucanos prospere gestis: multis oppidis expugnantis: in ob-
 sidione castrorum hostilium cecidit Sulpitius legatus marucinos cecidit uniuersamque eam
 regionem recepit. Gn. pompeius procon. uestinos & pelignos in deditioem accepit: marfi
 quoque a. L. Murena & cecilio Pinna legatis aliquot praeliis fracti pacem petierunt Asculum a Gnæo
 Pompeio captum est cæsis a Mamercio Aemilio legato italicis. Silo popedius dux marforum auctor
 huius rei i praelio cecidit Ariobarzanes Cappadociae. Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate poti
 rege pulsi sunt: praeterea incurfiones thracum in macedoniam cōtinet.

EX LIBRO. LXXVII.

c Vm. P. Sulpitius tri. ple. auctore. G. Mario perniciosas leges promulgasset: ut exules reuocaren-
 tur: & noui ciues libertiniqui distribuerentur in tribus: & ut Marius aduersus Mithridatem poti
 regem dux crearetur: & aduersantibus consulibus. Qu. Pompeio: & L. Syllae uim intulisset oc-
 cisoque Pompeii consulis filio genero Syllae. L. Sylla con. cum exercitu in urbem uenit: & aduersus fa-
 ctionē Sulpitii & Marii i ipsa urbe pugnavit: eaque expulit: ex quo duodecim a senatu hostes: iter quos
 G. Marius pater & filius iudicati sunt. P. Sulpitius cum in quadam uilla lateret: indicio serui sui retra-
 ctus & occisus est: seruus: ut praemium promissi indicii haberet: manumissus est: & ob scelus domini
 proditi de saxo deiectus est. G. Marius filius in Africam traiecit. G. Marius pater: cū i paludibus Mi-
 turnensium lateret: extractus est ab oppidanis: & cum ad occidendum eum missus seruus natione
 gallus maiestate tati uiri perterritus: recessisset: impositus publice in naui delatus est in africam. L. Syl-
 la ciuitatis statum ordinauit: exinde colonias deduxit. Qu. Pompeius con. ad capiendum a. Gn. Pom-
 peio procon. exercitum profectus consilio eius occisus est. Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappa-
 docia occupatis: & pulso Aquilio legato. Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu
 intrauit.

EX LIBRO. LXXVIII.

m Mithridates Asiam occupauit. Qu. Oppium procon. item Aquilium legatum in uincula conie-
 cit: iussuque eius quicquid ciuium romanorum in Asia fuit: uno die trucidatum ē: urbem Rho-
 dum: quae sola in fide permanserat: oppugnauit: & aliquot praeliis naualibus uictus recessit. Ar-
 chelaus praefectus regis in Graeciam cum exercitu uenit: Athenas occupauit. Praeterea trepidationem
 urbium insularumque aliis ad Mithridatem: aliis ad po. Ro. ciuitates suas trahētibus cōtinet.

EX LIBRO. LXXVIII.

c Aius Cornelius Cinna cum perniciosas leges per uim ferret: pulsus urbe a. Gn. Octauio colle-
 ga cum Sex. tri. ple. imperioque ei abrogato: corruptum. Ap. Claudii exercitum in potestatem
 sua redegit: & bellum urbi intulit accersito. G. Mario cum aliis exulibus ex Africa: in quo bel-
 lo duo fratres alter ex Pompeii exercitu: alter ex Cinnae: ignorantes concurrerunt: & cum uictor mor-
 tuum spoliaret: agnito fratre: ingenti lamentatione aedita: rogo ei extructo: ipse supra rogum se trāsodit
 & eodem igni consumptus est. Et cum opprimi inter initia potuisset. Gn. Pompeii fraude: qui utraq;
 partem fouendo uires Cinnae dedit: nec nisi profligatis optimatum rebus auxilium tulit: & consulis
 segnitie cōfirmati. Cinna & Marius quattuor exercitibus: quorum duo. Qu. Sertorio & Carboni dati
 sunt: urbem circū federūt. Hostiam coloniam Marius expugnauit: & crudeliter diripuit.

EX LIBRO. LXXX.

i Talicis populis a senatu ciuitas data est: samnites. q. soli arma recipiebant. Cinnae & Mario se cō-
 iunxerunt: ab iis plancius cum exercitu cæsus est. Cinna & Marius cum carbone: & Sertorio
 ianiculum occupauerunt: & fugati ab octauio consule recesserunt. Marius Antium quidem: &
 ariciā: & Lauinium colonias deuastauit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter
 segnitiam & perfidiam & ducum: & militum: qui corrupti aut pugnare uolebant: aut ad diuersas par-
 tes transibant. Cinna & Marius in urbem recepti sunt qui uelut raptam eam cædibus & rapinis uasta-
 runt: Gnæo Octauio consule occiso: & omnibus aduersae partis nobilibus trucidatis: inter quos. M.
 Antonio eloquentissimo uiro & G. Caesare: quorum capita in rostris posita Crassus filius ab equiti-
 bus Fimbriae interemptus: pater crassus: ne quid indignum uirtute sua patere: gladio se transfixit. Et
 citra ulla comitia cōsules in sequentem annum seipsos renunciauerunt: eodemque die quo magistra-
 tum inierant. Marius. Sex. Licinium senatorem de saxo deiici iussit: aeditisque multis sceleribus idibus
 ianuariis decessit: uir: cuius si examinentur cum uirtutibus uitia: haud facile sit dictu utrum bello me-
 lior: an pace perniciosior fuerit adeo quam républicam armatus seruauit eam primo togatus omni ge-
 nere fraudis: postremo armis euertit

EX LIBRO. LXXXI.

i Vcius Sylla athenas: quas Archelaus praefectus Mithridatis occuparet: circūsedidit: & cum ma-
 ximo labore expugnauit: urbi libertatem & ciuibus: quae habuerant: reddidit. Magnesia: quae
 sola in asia ciuitas in fide manserat: summa uirtute aduersus Mithridatem defensa est praete-
 rea a thraciis in Macedonia gesta continet

EX LIBRO. LXXXII.

Ylla copias regis quæ: Macedonia occupata: in Thesaliam uenerant: prælio uicit: cæsis hostium centum millibus: castris quoque expugnatis renouato deinde bello iterum exercitum eius fudit: ac deleuit. Archelaus cum classe regia Syllæ se tradidit. Lucius Valerius Flaccus consul collega Cinnæ missus ut Syllæ succederet propter auaritiam inuisus exercitui suo a G. Fimbria legato ipsius ultimæ audaciæ homine occisus est: & imperium ad Fimbriam translatum. Præterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate & crudeliter direpta prouincia: incursionefque thracum in Macedoniam referuntur:

EX LIBRO. LXXXIII.

Aius fimbria in asia fufis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum cepit: obcessumque regem non abfuit multum quin caperet: urbem Ilion: quæ se potestati Syllæ referuabat expugnauit: ac deleuit: & magnam partem Asiæ recepit. Sylla multis præliis thracas cecidit: Cum L. Cinna: & Gn. Papyrius Carbo a seipsis cōsules per biennium creati bellum cōtra Syllam pararet effectum quidem est per Lucium Valerium Flaccum principem senatus: qui orationem in senatu habuit & per eos: qui cōcordiæ studebant: ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo: quem inuitum cogebat naues cōscendere: & aduersus Syllam proficisci interemptus est: consulatum Carbo solus gessit. Sylla cum in Asiam traicisset: pacem cum Mithridate fecit: ita ut his cederet prouinciis Asia: Bythinia: Cappadocia: Fimbria desertus ab exercitu: qui ad Syllam trāsierat: ipse se percussit: impetrauitque a seruo præbens ceruicem ut eum omnino interficeret.

EX LIBRO. LXXXIII.

Ylla legatis: qui a senatu missi erant: futurum se in potestatem senatus respondit: si ciues: qui a Cinna pulsi ad se confugerant: restituerentur: quæ cōditio cum iusta senatui uideretur: propter Carbonem factionemque eius: cui bellum uidebatur utilius: ne conueniret: effectum est: idem Carbo: cum ab omnibus oppidis italiæ obsides exigere uellet: ut fidem illorum contra Syllam obligaret: consensu senatus prohibitus. Nouis ciuibus. S. C. Suffragium datum est. Quintus Metellus Pius: qui partes optimatum secutus erat: cum in Africa bellum moliretur: a Caio Fabio prætore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis & marianarum partium factum est: ut oēs ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt: præterea belli apparatus contra Syllam: quod plurimum excitabatur: continet.

EX LIBRO. LXXXV.

Ylla in Italiam cum exercitu traiecit: missisque legatis: qui de pace agerent: & a consule. Gn. Carbonæ: & G. Norbano: uiolatis: eundem Norbanum prælio uicit: Et cum. L. Scipionis alterius consulis: cum quo per omnia id gerat: ut pacem iungeret: nec potuerat: castra oppugnaturus esset: uniuersus exercitus consulis sollicitatus per emissos a Sylla milites signa ad Syllam trās tulit: Scipio cum interimi posset dimissus est. Gn. Pompeius Gnæi filius eius: qui Asculum ceperat: conscripto quidem uoluntariorum exercitu: cum tribus legionibus ad Syllam uenerat ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita: ut deserta urbe ad castra ueniretur præterea expeditiones per uniuersam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

EX LIBRO. LXXXVI.

Vm Caius Marius. C. Marii. filius con. ante annos uiginti per uim creatus esset. G. Fabius in Africam propter crudelitatem & auaritiam in prætorio suo uiuus exustus est. L. philippus legatus Syllæ sardiniam: Quinto Antonio prætore pulso & occiso: occupauit Sylla cum italicis populis ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem: & suffragii ius nuper datum foedus percussit: itemque ex fiducia iam certæ uictoriæ litigatores: a quibus adhibebantur uadimonia Romam deferre iussit. Cum a parte diuersa urbs adhuc teneretur. L. Damacius prætor ex uoluntate. C. Marii con. cum senatum cōtraxisset: omnem: quæ in urbe erat: nobilitatem trucidauit: ex cuius quidem numero. Qu. Mutius Scaeuola pōtifex max. fugiēs in uestibulo Vestæ occisus est. Præterea bellum a. L. Murena aduersus Mithridatem in Asia renouatum continet.

EX LIBRO. LXXXVII.

Ylla. C. Marium exercitu eius fuso delectoque ad sacri portum in oppido præneste obsedit urbem Romanam ex inimicorum manibus recepit: Marium erumpere tentatam reppulit: præterea res a legatis eius eadem ubique fortuna partium gestas continet.

EX LIBRO. LXXXVIII.

Ylla Carbonem: exercitu eius ad Clusum: ad fauentiam. Fidentiamque caeso italia expulit: cum famnitibus: qui soli italicorum populorum nondum arma deposuerant: iuxta urbem Romam ante portam collinam debellauit: recuperataque repu. pulcher rimam uictoriā crudelitate: quanta in nullo homine unquam fuit: inquinauit: octo millia deditorum in uia publica trucidauit rabulam proscriptionis posuit: urbem: & uniuersam italiam cædibus repleuit: inter quos omnes prænestinos inermes interemi iussit. Marium senatorii ordinis uirum cruribus: brachiisque fractis: auribus præfectis: & defossis oculis necauit. C. Marius præneste obsessus a Lucretio Afella syllanarum partium uiro cum per cuniculum captaret euadere: septus ab exercitu mortem sibi conscuit: in ipso

cuniculo: cum sentiret se euadere minime posse: cum Pontio, Thelesino fuge comite stricto utriq; gladio occurrit: quem cum occidisset: faucibus a seruo impetrauit: ut se occideret.

EX LIBRO. LXXXIX.

Vcius Brutus a Gn. Papyrio Carbone: qui Corcyram appulerat missus naue piscatoria Lilybeum ut exploraret: an ibi Pompeius esset: & circūuentus a nauibus: quas Pompeius miserat: in se mucrone uerso ad transtrum nauis obnixus corporis pondere incubuit. Gn. Pomp. in Sicilia cum imperio a senatu missus. Gn. Carbonem: qui flens muliebriter mortē tulit: captū occidit. Sylla dictator factus: q; nemo quidem unquam fecerat: cum fascibus uigintiquattuor processit: rebus nouis reipu. statum confirmauit. Tribunorum ple. potestatem minuit: & omne ius legum ferendarū ademit. Pontificum augurumq; collegium ampliavit: ut essent quindecim. Senatū ex equestri ordine suppleuit. Proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit: & bona eorum uendidit: ex quibus primo multa rapuit: redactum est sestertium ter milies quingentesq;. Lucretium Asellam consulum contra uoluntatem suam petere ausum iussit interemi in foro: & cum indigne ferret. Pop. Ro. concione uocata: se iussisse dixit. Gn. Pompeius in Africa. Gn. Domitium proscriptum: & Hiericam regem numidarum bellum molientes: uictos interemit: & .iiii. & .xx. annos natus adhuc eques Romanus quod quidem nemini contingerat: ex Africa triumphauit. Gn. Norbanus consularis proscriptus in urbe Rhodo: cum comprehenderetur: se ipse interemit. Metellus ex proscriptis unus clam: capite adoperto: ad posticum aestis Bastiæ uxoris cum accessisset admissus minime est: quia illum proscriptū diceret: itaq; se transfodit: & sanguine suo fores resperfit. Sylla Nolam in Sannio recepit. xlvii. legiones in agros captos deduxit: & eos iis diuisit. Vola terras: quod oppidum adhuc in armis erat: obsessum in deditionem accepit. Mitylene quoque in Asia quæ sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat: expugnata dirutaq; sunt.

EX LIBRO. XC.

Sylla decessit: honosq; ei a senatu habitus est: ut in campo Martio sepelliretur. M. Lepidus: cum acta Sylle temptaret: rescindere bellum excitauit: & a. Q. Catulo Collega Italia pulsus est: & in Sardinia frustra bellum molitus periit. M. Brutus: qui cisalpinam Galliam tenebat: a Gn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit. L. Manlius procon. & M. Antonius legatus ab Herculeio quæstore prælio uicti sunt. Præterea a P. Seruilio procon. aduersus cilicas res gestas continet.

EX LIBRO. XCI.

Næus pompeius cum adhuc quæstor esset: cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnauit: plurimasq; ciuitates in potestatem suam redegit. Ap. Claudius procon. thracas pluribus præliis uicit. Q. Metellus procon. L. Herculeium quæstorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

EX LIBRO. XCII:

Næus Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit. ita ut singula ex utraque parte cornua uicerint. Q. Sertorius Metellum: & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit cuius uictorie partem cupiens auferre Pompeius parum prospere pugnauit. Obsessus deinde Calagurii Sertorius assiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus tulit. Præterea a P. Curso re procon. in Thracia res gestas aduersus Dardanos: & Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet qui plurimos amicorum & secum proscriptorum crimine prodicionis insimulatos interemit.

EX LIBRO. XCIII.

Vblius Seruilius procon. in Sicilia isauros domuit & aliquot urbes piratarum expugnauit. Nicomedes Bithynie rex moriens Po. Ro. fecit hæredem regnumq; eius in prouinciæ formam redactum est. Mitridates foedere cum Sertorio icto: bellum Popu. Roma. intulit: Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium naualiumq; & occupata Bithynia. M. Aurelius Cotta con. ad Calcedoniam prælio a rege uictus est: rexq; a Pompeio & Metello uictus: & ut contra Sertorium egerunt: qui omnibus belli militiæq; artibus par fuit: quos etiam ab obsidione Calagurii oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere: Metellum ulteriorem Hispaniam: Pompeium Galliam.

EX LIBRO. XCIII.

Vcius Lucullus con. aduersus Mithridatem equestribus præliis feliciter pugnauit: & expeditiones aliquot prosperas fecit poscentesq; pugnam milites a seditione inhibuit. Diotarus Gallo græcie tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. Præterea res a Pompeio in Hispaniam contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIBRO. XCV.

Aio Curio procon. Dardanos in Thracia domuit: Quattuor & septuaginta gladiatores capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata seruorum & ergastulorum multitudine. Chryso & Spartaco ducibus bello excitato Claudium pulchrum legatum & P. Vorenium prætorum prælio uicerunt. L. Lucullus procon. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq; deleuit. pulsūq; a Bithynia rege uariis belli ac naufragioꝝ casibus fractū coegit in pontum pfugere.

EX LIBRO. XCVL

q Arius prætor Chrysum fugitiuorum ducem cum uiginti milibus hominum cecidit. Gn. Lé-
tulus conf. male aduersus Spatacum pugnavit ab eodem. L. Gellius & Q. Arius prætor acie ui-
cti sunt. Sertorius a. M. Antonio: & M. Perpenna: & aliis coniuratis in conuiuio interfectus est
octauo ducatus sui anno: magnus dux: & aduersus duos imperatores Pompeium & Metellum saepe
par: aut frequentius uictor: ad ultimum desertus & proditus. Imperium partium ad Marium transla-
tum est: quem Gn. Pompeius uictum captumq; interemit: ac recepit Hispanias decimo fere anno: quã
coeptum erat bellum. G. Cassius procon. G. Manlius prætor male aduersus Spartacum pugnaverunt
idque bellum. M. Crasso prætori mandatum est.

EX LIBRO. XCVII.

m Arcus Crassus prætor primum cum parte fugitiuorum: que ex Gallis Germanisq; constabat
feliciter pugnavit cæsis inimicorum. xxxv. milibus & duce eorum Granico. Cũ Spartaco de-
inde bellauit: cæsis cum ipso milibus quadraginta. M. Antonius prætor bellum aduersus cre-
tenses parum prospere gestum morte sua finiuit. M. Lucullus procon. thracas subegit. L. Lucullus i pō
to aduersus Mithridatem feliciter pugnavit: cæsis hostium amplius quam sexaginta milibus. Marcus
Crassus & Gn. Pompeius consules facti sunt: sicut Pompeius antquam quæsturam gereret: ex equite
Romano tribuniciam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per. M. Aurelium cottam prætorem
ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem ar-
menie regem confugit.

EX LIBRO. XCVIII.

Achares filius Mithridatis Bosphori. a. L. Lucullo in amicitiam receptus est. G. Lentulus: & L.
Gellius censores asperam censuram egerunt quattuor & sexaginta senatu motis: a quibus lu-
strum conditum est: censa sunt ciuium capita. ccccl. milia. L. Metellus prætor in Sicilia aduer-
sum piratas prospere rem gessit. Templum Iouis in capitolio: quod incendio consumptum erat: refe-
ctum a. Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem: & Tigranem: & imensas utri-
usq; regis copias multis certaminibus fudit. Q. Metellus procon. bello sibi aduersus cretenses manda-
to: Cydoniam urbem obsedit. G. Triarius legatus Luculli aduersus Mithridatem parum prospere pu-
gnauit. Lucullum: ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem: summamque uictorie imponderet: se-
ditio militum tenuit qui sequi nolebant: quia legiones Valerianæ impleta a se stipendia dicentes Luz-
cullum reliquerunt.

EX LIBRO. XCIX.

q Vintus Metellus procon. Gnoson: & Lyctium: & Cydoniam: & alias plurimas ciuitates expu-
gnauit. Lucius Rosius tribu. ple. legem tulit. ut equitibus Romanis in teatro quattuordecim
gradus proximi assignarentur Gn. Pompeius lege ad Populum lata persequi piratas iussus: q
commertium annonæ intercluserant: intra quadagesimum diem toto mari eos expulit: belloq; cum
iis in Cilicia confecto acceptis in deditioem piratis agros & urbes dedit. Præterea res a Quinto Me-
tello aduersus cretenses continet: & epistolas Metelli & Gnæi Pompeii inuicem missas: queritur Me-
tellus gloriam rerum a se gestarum a Pompeio sublatam præteriri: qui in cretam miserit legatum suũ
ad accipiendas urbium deditioes. Pompeius Romæ rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIBRO. C.

c Aius Manlius tribu. ple. indignatione maxima nobilitatis legem tulit: ut Pompeio bellum mi-
thridaticum mandaretur: concio eius bona. Qu. Metellus domitis cretensibus: libere in id tẽ-
pus insulæ legem tulit. Gn. Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridatem profectus:
cum rege Parthorum Phrahate amicitiam renouauit: equestri prælio Mithridatem uicit. Præterea
bellum inter Phrahatem regem parthorum: & Tigranem Armeniorum regem ac demum inter filiũ
Tigranem patremq; gestum continet.

EX LIBRO. CI.

g Næus Pompeius Mithridatem Nocturno prælio uictum coegit Bosphoron pfugere: Tigra-
nem in deditioem accepit: eiq; ademptis Syria: Phœnicia: & Cilicia regnum Armenia resti-
tuit. Coniuratio eorum: qui in petitione consulatus ambitus damnati erant: facta de interficiẽ-
dis consulibus oppressa est. Gn. Pompeius cum Mithridatem persequeretur: in ultimas ignotasq; gen-
tes penetrauit: iberos: albanos: qui transitum minime dabant: prælio uicit. Præterea fugam Mithrida-
tis per cholcos ethnicosq;: & res ab eo in Bosphoro gestas continet.

EX LIBRO. CII.

g Næus Pompeius in prouinciã formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bel-
lum patri intulit: ab eo Mithridates obsessus in regia cum ueneno sumpto parum profecisset
ad mortem: a milite Gallo nomine Bithoco: a quo: ut adiuuaretur petierat interfectus est. G.
Pompeius iudæos subegit: sanum eorum in Hierosolyma inuiolatum ante id tempus cepit. L. Catili-
na bis repulsam in petitione consulatus passus: cum Lentulo prætore: & Cethego: & pluribus coniu-
rauit de cede consulum & senatus incendiis urbis opprimenda republica: exercitu quoq; in Ethruria cõ-
parato: Ea coniuratio. M. Tullii Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis omni-
no sumptum supplicium est.

EX LIBRO. CIII.

Atilia. G. Antonio p̄cō. cū exercitu cæsus ē. P. Clodius accusatus qđ i mulieris habitu sacrari-
 um: i quo uigz intrare nefas ē: cumq; intrasset uxore Metelli Pōtii stuprauisset absolutus. Gn. Pō-
 titius p̄tor allobroges: q; rebellauerant ad Solonē domuit. P. Clodius ad plebē transiit. G. Cæsar
 lusitanos subegit: eoq; cōsulatus candidato & captate répu. iuadere: cōspiratio inter tres principes ciui-
 tatis facta est Gn. Pōpeiū. M. Crassum & Gaiū Cæsarē. Leges agrarie a Cæfare con. cū maxima cōtētio-
 ne inuito senatu & altero cōsule. M. Bibulo latæ sunt. G. Antonius p̄cō. in thracia pagz p̄spere ré ges-
 sit. M. Cicero lege a. P. Claudio tri. ple. lata: q; indēnatos ciues necauisset: i exiliū missus est. Cæsar i pu-
 ciam Galliam profectus eluetios: gentem uagam: domuit: quæ sedem quærens per prouinciam
 Cæsaris Narbonē iter facere uolebat. Præterea sitū Galliarum continet. Pōpeius de liberis Mithrida-
 tis Tigrane & Tigranis filio triumphauit: magnusq; a tota concione consalutatus.

EX LIBRO. CIIII.

Rima pars libri situm Germaniæ moresq; continet. G. Cæsar cōtra germanos qui Ariouisto
 duce in galliam descenderant: cum exercitum ducerent: rogatus ab heduis & sequanis: quorū
 ager possidebatur: trepidationē militū pp̄ metū nouoz hostiū ortā allocutione exercitus ihi-
 buit: & uictos prælio germanos Gallia omni expulit. M. Cicero Pompeio inter alios orate & Tito An-
 nio Milone tribu. ple. ingenti gaudio senatus ac uniuersæ Italia: ab exilio reductus est. Gn. Pompeio p̄
 quinquennium annonæ cura mandata est. Cæsar ambianos: suefiones: uiromandos: atrebates: belga-
 rum populos: quorum quidem maxima multitudo erat: prælio euictos in deditiōnem accepit: ac dei-
 de contra neruios unam harum ciuitatum cum maximo discrimine pugnauit: eamq; gentem deleuit
 quæ bellum gessit: donec ex sexaginta milibus armatorum trecenti superessent: ex nonaginta quinq;
 senatoribus tres tantummodo euaderent. Lege lata de redigenda in prouinciæ formam Cypro & pu-
 blicanda pecunia regia. M. Catoni administratio eiusdē rei madata est. Ptolemeus Aegypti rex ob iniu-
 rias: quas patiebantur: a suis regno pulsus Romam uenit. C. Cæsar gentem oceano iunctam scilicet ue-
 netos nauali prælio uicit. Præterea a legatis eius eadem fortuna res gestas continet.

EX LIBRO. CV.

Vm. M. Catonis tri. ple. intercessionibus comitia tollerent: senatus uestem mutauit. M. Cato i
 petitione præture: prælato Vatiniō repulsam tulit. idem cum legem impediret: qua prouiciæ
 consulares in quinquennium Pompeio Hispaniæ. Grasso Syria & partichum bellum: Cæsarē
 Gallia & germania dabantur a. G. Trebonio tri. ple. legis auctore in uincula ductus est. A. Gabinius p̄
 con. Ptolæmeum in regnum reduxit Aegypti: reiecto Archelao: quem sibi regem ascuerat. Cæsar ui-
 ctis germanis: & in Gallia cæsis rhenum transcendit proximam partem Germaniæ domuit: ac deide
 oceano in Britaniam parum prospere tempestatibus aduersis traiecit: iterumq; parum feliciter maxi-
 mag; hominum multitudine cæsa reliquam partem insulæ in potestatem redegit.

EX LIBRO. CVI.

Vlia Cæsaris filia Pompeii uxor decessit: honosq; maximus ei a populo habitus est: utin cam-
 po martio sepeliretur. Gallorum multi populi Ambiorige duce eburonum defecerunt: a qbus
 Cotta: & T. Arunculeius legati Cæsarē insidiis circunuenti: cum exercitu: cui p̄erant: cæsi sunt
 & cum aliarum quoq; legionum castra oppugnata maxmo labore defensa essent: interq; eos: qui itre-
 uiris præerat. Q. Cicero: ab ipso Cæsarē hostes prælio fusi sunt. M. Crassus bellū Parthis illaturus Eu-
 phratem fluuium transit: uictusq; prælio: in quo & filius eius cecidit: cum reliquias exercitus in collem
 recepisset: euocatus in colloquium ab hostibus ut de pace acturus: quorum dux erat Surenas: compræ-
 hensus: & ne quid uiuus pateretur repugnans: interemptus est: & ita periit.

EX LIBRO. CVII.

Aius Cæsar treuiris in Gallia uictis: iterum in Germaniam transit: nulloq; ibi iuento hoste: re-
 uersus in Galliam eburones & alias ciuitates: quæ conspirauerant: uicit: & regem Ambiorigē i
 fuga persecutus. P. Clodii a. T. Annio Milone candidato consulatus appia uia ad bouillas occi-
 si corpus plebs in curia cremauit. Cum seditiones inter candidatos consulatus Ipsæum Scipionem &
 Milonem eēt: q; armis ac ui contendebant: ad comprimendas eas. Gn. Pōpeius legatus a senatu cōsul
 tertio factus est absens: & solus: quod nemini unq; contigit: quæstione decreta de morte. P. Clodii Mi-
 lo iudicio damnatus in exilium actus est. Lex dicta est: ut ratio absentis Cæsarē in petitione consulatus
 haberetur: inuito & contradicente. M. Catone. Præterea res gestas a. C. Cæsarē aduersum gallos: qui p̄
 pe uniuersi: Vercingentorige auerno duce: defecerūt: & laboriosas obsidiōes urbiū cōtinet iter q; Aua-
 rici biturigū Cergonis auernoz.

EX LIBRO. CVIII.

Aius Cæsar gallos ad Alexiam uicit oēsq; Galliæ ciuitates: quæ i armis fuerant: in deditiōnem
 accepit. C. Cæsius quæstor. M. Crassi parthos: qui in Syriam transcenderant: cecidit. In petitiō-
 ne consulatus. M. Cato repulsam tulit: creatis consulibus. Ser. Sulpitio & M. Marcello. C. Cæ-
 sar Bellouacos cū aliis galloz populus domuit. Præterea cōtinet iter cōsules de successore. C. Cæsarē
 mittendo agente in senatu. M. Marcello cōsule: ut cæsar ad petitionē cōsulatus ueniret cum is: lege lata
 in id tēpus cōsulatus puincias obtineret debere: resq; a. M. Bibulo gestas in Syria continet.

EX LIBRO. CIX.

Ausae ciuilium armorum & initia referuntur: contentionesq; de successore. C. Caesari mittendo: cum se dimissurum exercitum negaret: nisi a Pompeio dimitteretur: & C. Curionis tri. ple. primum aduersus Caesarem actiones continet. Cum .S. C. factum esset: ut successor Caesari omnino mitteretur. M. Antonio & Qu. Cassio tri. ple. quoniam intercessionibus id. S. C. impediabant urbe pulsus: mandatumq; a senatu consulibus & Gn. Pompeio ut uiderent. nequid respu. detrimenti caperet. C. Caesar bello inimicos persecutus cum exercitu in Italia uenit: Corphinum cum. L. Domitio & L. L. L. tulo cepit eosq; dimisit. Gn. Pompeium uniuersosq; eius partium Italia omnino expulit.

EX LIBRO. CX.

Aius Caesar Massiliam: quae portas ipsi clauserat: obsedit: & relictis in obsidione. C. Trebonio & D. Bruto: profectus in Hispaniam. L. Afranium & G. Petreium legatos. Gn. Pompeii cum septem legionibus ad Ilerdam in ditionem accepit: oesq; incolumes dimisit. Varrone quoq; legato Pompeii cum exercitu in praetorem suam redacto. Gaditanis ciuitatem dedit. Massilienses duobus naualibus praelii uicti: Post longam obsidionem in praetorem Caesaris se pmiserunt. C. Antonius legatus Caesaris male contra Pompeianos pugnavit: & in Illyrico captus est: in quo bello opitergini transpadani Caesaris auxiliares rate sua ab hostilibus nauibus clausa potius: quam in potestatem inimicorum uenirent: intet se occurrentes occubuerunt. C. Curio legatus Caesaris in Africa cum aduersum pompeianarum partium ducem Varronem pugnasset: a Iuba rege Mauritaniae cum exercitu caesus est. C. Caesar in Graeciam traiecit.

EX LIBRO. CXI.

Aius Cecilius Ruffus praetor cum seditiones in urbe: quam maxime concitaret nouarum turbarum spe plebe sollicitata: abrogato magistratu pulsus urbe Miloni exuli: q; fugitiuorum exercitum contraxerat: se coniunxit: uterq; cum bellum molirentur: interempti sunt. Cleopatra Aegypti regina a Ptolemaeo fratre regno pulsa est. Propter. Q. Patuli praetoris auariciam crudelitatemq; cordubenses in Hispania cum duabus uariis legionibus a partibus Caesaris descuerunt. Gn. Pompeius ad Brundisium obsessus a Caesare: & praesidiis eius cum magna clade diuersae partis expugnatis obsidione liberatus translato in Thessaliam bello apud Pharsaliam acie uictus est. Cicero in castris remansit uir nihil minus quam ad bella natus omnibusq; aduersarum partium q; se potestati uictoris permisserunt: Caesar ignouit.

EX LIBRO. CXII.

Repidatio uictarum partium per diuersas orbis terrarum partes & fuga referuntur. Gn. Pompeius: cum Aegyptum petisset: iussu Ptolemaei regis pupilli & auctore Theodoro praetore cuius apud regem maxima erat auctoritas: & Photino: occisus est ab achilla: cui delegatum id factus erat: in nauicula antequam in terram exiret. Cornelia uxor & Sex. Pompeius filius in Cyprum refugerunt. Caesar post tertium diem insecutus: cum ei Theodorus caput Pompeii & anulum obtulisset: insensus est: & illachrymauit sine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit. Caesar dictator creatus Cleopatram in regnum Aegypti reduxit: & inferentem bellum: iisdem auctoribus Ptolemaeum: quibus Pompeium interfecerat cum maximo suo discrimine uicit. Ptolemaeus dum fugit: in nilo nauicula: subsecidit. Praeterea laboriosum. M. Catonis in Africa per desertam cum legionibus iter: & bellum a Gn. Domitio contra Phrahatem parthum prospere gestum continet.

EX LIBRO. CXIII.

Onfirmatis in Africa Pompeianis parthibus: earum imperium. P. Scipioni delatum est: Cato ne: cui ex quo deferabatur imperium cedente. Et cum dirueda urbe Utica propter fauorem ciuitatis eius in Caesarem diliberaretur: idq; ne fieret. M. Cato tenuisset: Iuba suadente: ut dirueretur: tutela eius & custodia mandata est Catoni. Pompeii Magni filius in Hispania: contractis uiribus: quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere uolebant: bellum aduersus Caesarem renouauit Pharnaces Mithridatis filius ex Ponto sine ulla belli mora uictus est. Cum seditiones Romae a P. Dolabella tri. ple. legem ferente de nouis tabulis excitae eent: & ex ea causa plebs tumultuaretur: inductus a. M. Antonio magistro equitum in urbem militibus octingentis a plebe caesi sunt. Caesar ueteranis cum seditione missionem postulantibus dedit: & cum in Africam traiecisset: contra copias Iubae regis cum discrimine maximo pugnavit.

EX LIBRO. CXIII.

Ellum in Syria Cecilius Bassus eques Romanus Pompeianarum partium excitauit: & relicto a legione Sexto Caesare: qui ad bassum transferat: occisusq; eo Caesar Scipionem praetorem Afranium Iubamq; uicit ad Tapsum: castris eorum expugnatis: Cato audita re: cum se percussisset Uticae: & interueniente filio curaretur: inter ipsam curationem reciso uulnere expirauit anno aetatis quadragesimo nono. Petreius Iubam seq; interemit. P. Scipio in naue circumuentus honestae morti uocem quoq; adiecit: quarentibus enim hostibus imperatorem dixit: imperator bene se habet. Faustus & Afranius occisi. Catonis filio uenia data. Brutus legatus Caesaris in Gallia bellouacos rebellantes uicit.

EX LIBRO. CXV.

Aesar quattuor triumphos duxit ex Gallia: ex Aegypto: ex Ponto: & Africa: epulum: & omnis generis spectacula aedidit. M. Marcello consulari senatu rogante concessit reditum: qui Marcellus beneficio eius frui minime potuit a Gn. Magio Cillone cliente suo Athenis occisus: & census egit: quo censa sunt ciuium capita centum quinquaginta millia. Profectus in Hispaniam. Gn.

Pompeium : utrinque multis expeditionibus factis: & aliquot urbibus expugnatis : summam uictoria cum maximo discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompeius Sex. effugit:

EX LIBRO. CXVI.

Aesar ex Hispania quintum triumphum egit: & cum multi quammaximique honores ei a senatu decreti essent inter quos: ut patet patriae appellaretur & sacrosanctus dictator in perpetuum esset: inuidiae causam aduersus eum praestiterunt: quod senatui deferente hos honores: cum ante aedem Veneris genitricis sederet: minime assurrexit: & quod Marco Antonio consule collega suo inter lupercos currente diadema capiti suo impositum in sella reposuit: Et quod Epidio Marulo & cececo Flauo tribunis plebis inuidiam ei tanquam regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est. Ex his causis: conspiratione in eum facta cuius capita fuerunt. M. Brutus & G. Trebonius: & Cassius: & ex Caesaris partibus. D. Brutus in curia Pompeii occisus est uiginti tribus uulneribus: occupatumque ab interfectores eius capitolium. Oblivione deinde caedis eius a senatu decreta: obsidibus Antonii & Lepidi: liberis acceptis: coniurati a capitolio descenderunt. Testamento Caesaris haeres ex parte dimidia institutus. C. Octavius ex sorore nepos & in nomen adoptatus est. Caesaris corpus: cum in campum martium ferretur a plebe: ante rostra crematum est. Dictaturae honos in perpetuum sublatus est. Chamaeces humillimae sortis homo: qui se. C. Marii filium ferebat cum apud credulam plebem: seditiones moueret: interfectus est.

EX LIBRO. CXVII.

Aius Octavius Romam ex Epiro uenit: eo enim illum Caesar praemiserat bellum in Macedonia gesturus omnibusque prospere exceptis: etiam nomen Caesaris sumpsit: in confusione regis ac tumultu Lepidum Pont. Max. interemit. Sed. M. Antonius con. cum impotenter dominaretur: legemque de prouinciarum permutatione tulisset per uim: & Caesarem quoque petentem: ut sibi aduersum auunculi percussores adesset: magnis iniuriis affectus. Caesar ut sibi & reip. uires contra eum paraturus deductas in colonias ueteranos excitauit: legiones quoque quarta & quinta signa ab Antonio ad Caesarem tulerunt. deinde plures saeuicia. M. Antonii passim in castris suis trucidati: quia & suspecti erant & ad Caesarem descuerunt. D. Brutus: ut petendi Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret: Mutinam cum exercitu occupauit. Praeterea discursus utriusque partis uirosum ad accipiendas prouincias apparatusque belli continet.

EX LIBRO. CXVIII.

Arcus Brutus in Graecia sub praetextu reip. & suscepti contra. M. Antonium belli: exercitum: cui Vatinius praerat: cum prouincia in potestate suam redegit. C. Caesari quoque primus reip. arma sumpserat per Po. Ro. imperium a senatu datum cum consularibus ornamentis: adiectumque: ut senator esset. M. Antonius. D. Brutum mutinae obsedit: missique ad eum legati a senatu de pace parum ad eam componendam ualuerunt: Po. Ro. saga sumpsit. M. Brutus in Epiro. C. Antonium praetorem cum exercitu potestati suae subegit.

EX LIBRO. CXIX.

Aius Trebonius in Asia fraude. P. Dolobellae occisus est: ob id facius Dolobella a senatu inimicus iudicatus est. Cum Pansa consul male aduersus Antonium pugnasset. A. Hircius consul cum exercitu superueniens: fusis. M. Antonii copiis: fortunam utriusque partis aequauit. Victus deinde ab Hircio & Caesare Antonius in Galliam confugit: & M. Lepidum cum legionibus: quae sub ipso erant: sibi iunxit: hostisque a senatu cum omnibus: qui intra praesidia eius erant: iudicatus est. A. Hircius quoque post uictoriam ipse in inimicorum castris ceciderat: & L. Pansa e uulnere: quod in aduerso praelio ex ceperat: defunctus in campo Martio sepulti sunt. Aduersus. C. Caesarem: qui solus e tribus ducibus supererat parum gratus senatus fuit: qui. D. Bruto obsidione mutinensi a Caesare liberato honore triumpho decreto. Caesaris militumque eius mentionem non satis gratam habuit: ob quae. C. Caesar: reconciliata per. M. Lepidum cum. M. Antonio gratia: Romam cum exercitu uenit: & praclusis aduentu eius: iis: qui in eum iniqui erant: cum annos. xviii. haberet: consul creatus est:

EX LIBRO. CXX:

Aius Caesar consul legem tulit de quaestione habenda in eos quoque opera pater occisus esset: potestati quoque ea lege. M. Brutus. C. Cassius. D. Brutus absentes damnati sunt: Cum. M. Antonio uires Asinius quoque Pollio & Munatius Plancus cum exercitibus suis adiuncti ampliasent: & D. Brutus cui senatus: ut persequeretur Antonium: mandauit: relictus a legionibus suis profugisset: iussu Antonii: in cuius potestatem uenerat: a Capeno sequano interemptus est. C. Caesar Pacem cum Antonio & Lepido fecit: ita ut tres uiri reip. constituendae quidem per quinquennium praessent: ipse Lepidus & Antonius statuerunt: ut suos quisque inimicos proscriberent: in qua proscriptione plurimi equites. cxxx. senatorum nomina fuerant: & inter eos. L. Pauli fratris. M. Lepidi & L. Caesaris Antonii auunculi. M. Ciceronis: cuius occisi a Popilio legionario milite: cum haberet annos. lxxiii. caput quoque cum manu dextra in rostris positum est. Praeterea res a. M. Bruto in Graecia gestas continet:

EX LIBRO. CXXI.

Aius Cassius cui mandatum a senatu erat: ut Dolobellam inimicum iudicatum bello persequeretur: auctoritate reip. adiutus Syriam cum tribus exercitibus: qui in eadem prouincia erant: in potestatem suam redegit. Dolobellam in ube Laodicea obsessum mori coegit. M. quoque Bruti iussu. C. Antonius captus occisus est.

EX LIBRO.CXXII.

m Arcus Brutus aduersus thracas parum prospere rem gessit: omnibusq; transmarinis prouinciis exercitibusq; in p̄tatem eius & C. Cassii redactis coierunt Smyrnæ uterq; ad ordināda futuri belli cōsilia. M. Messalæ Publicolā fratrem iunctū cōmuni cōsilio omnino condēnauerūt.

EX LIBRO.CXXIII.

f Extus Pōpeius Magni filius: lectis ex Epiro p̄scriptis ac fugitiuis cū exercitu diu sine ulla loci cuiusq; possessione prædatus in mari Messanā oppidū ī Sycilia primū: deinde totā prouinciam occupauit: occisoq; a Pompeio. A. Bithynico prætoř: Saluidemū legatū Cæsaris nauali prælio uicit. Cæsar & Antonius cum exercitibus in Græciam traiecerunt bellum cōtra Brutum & Cassium gesturi. Qu. Cornificius in Africa. T. Sestium cassinarum partium ducem prælio uicit.

EX LIBRO.CXXIII.

c Aius Cæsar & Anto. apud Philippos uario euentu contra brutum & Cassium pugnauerūt: ita ut utriusq; dextera cornua uicerint: & castra quoq; utrinq; ab iis: qui uicerant: expugnarentur: sed & æqualem fortunam partium mors quidem Cassii fecit: qui cum in eo cornu fuisset: qđ pulsum erat: totum exercitum fusum ratus mortem sibi consciuit. Altero deīde prælio uictus. M. Brutus & ipse uitam finiuit exorato Stratone fugæ comitæ: ut sibi gladium adiiceret: annorum erat circiter ætatis. xl. inter quos. Qu. Hortensius occisus est.

EX LIBRO.CXXV.

c Aius Cæsar relicto Antonio transmarinæ prouinciæ ex p̄te ip̄erii ei cessit: reuersus ī Italiā ueteranis agros diuisit. Seditiones exercitus sui quas correpti a Fulua. M. Antonii uxore milites cōtra ip̄eratore suum cōcitauerāt: cum grandi periculo inhibuit. L. Antonius consul. M. Antonii frater: eadem Fulua consulente: bellum Cæsari intulit: receptis ip̄artes suas populis: quoq; agri ueteranis assignati erant: & M. Lepido qui custodiae urbis cum exercitu p̄erat sciso hostiliter in urbē irrupit.

EX LIBRO.CXXVI.

c Aius Cæsar cū esset annor. xxiiii. obsessum ī oppido Perugia. L. Antoniū conatūq; aliquotiens erūpere & repulsum fame coegit ī deditiōne uenire: ipsiq; & oībus qđ militibus eius ignouit. Perusiā diruit: redactisq; ī potestate suā oībus diuersæ partis exercitibus: bellū citra ullū sanguinem confecit.

EX LIBRO.CXXVII.

p Arthi Labieno: qui Pompeianarum partium fuerat duce in Syriam irruerunt: uicto que Didio Saxa. M. Antonii legato uniuersam eam prouinciam occupauerunt. M. Antonius cum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur: uxore Fulua dimissa: ne cōcordiæ ducum obstaret: pace facta cum Cæsare: sororem eius Octauiam in matrimonium duxit. Q. Saluidemum consilia nefaria contra Cæsarem molitum indicio suo protexit: isque damnatus mortem sibi consciuit. P. Ventidius Antonii legatus parthos prælio uictos Syria expulit: Labieno eorum duce occiso. Cum uicinus Italiæ hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret & annonæ com meatum impediret cum eo postulatā pacē Cæsar & Antonius qđ fecerunt: ita ut Siciliā prouinciā haberet. Præterea motus Africae & bella gesta continet.

EX LIBRO.CXXVIII.

c Vm Sex. Pompeius rursus latrocinis mare īfestum reddert: nec pacem: quam acceperat: præstaret. Cæsar necessario bello contra eum suscepto: duobus naualibus præliis dubio euentu pugnauit. L. Ventidius Legatus. M. Antonii parthos in Syria uicit regemq; eorum interemit: iudæi quoq; a legatis Antonii interempti sunt. Præterea belli siculi apparatus continet.

EX LIBRO.CXXIX.

a Duerfus Sex. Pompeium uario euentu naualibus certaminibus pugnatum est: ita ut duar. clasium Cæsaris altera: cui Agrippa præerat: uinceret: altera: quā Cæsar duxerat deleta expositi ī terram cum in quā maximo periculo essent. Victus deinde Pompeius: in Siciliā profugit. M. Lepidus: qui ex Africa uelut ad societatem belli contra Sex. Pompeiū a Cæsare gerendi traiecerat: ei bellū cum Cæsar quoque inferret: relicto exercitu abrogato triumuiratus honore uitam impetrauit. M. Agrippa nauali corona a Cæsare donatus est: qui bonos nemini ante eum habitus est.

EX LIBRO.CXXX.

c Aius Anto. dum cum Cleopatra luxuriaretur: Mediam prouinciam ingressus bellum cum legionibus. xviii. & xvi. milibus equitum parthis intulit & cum duabus legionibus amissis nulla re prospere cedente retro rediret: in secutis subinde parthis & ingenti trepidatiōe: & magno totus exercitus periculo: in Armeniam reuersus est. xxi. die: trecenta milia fuga emensus circa octo milia hominum tempestatibus amisit: tempestates quoq; infestas super infeliciter susceptum parthicum bellum culpa sua passus est: quia hyemare in Armenia nolebat: dum ad Cleopatram festinat.

EX LIBRO.CXXXI.

f Ex. Pompeius cum in fidem. M. Antonii ueniret: bellum aduersus eum in Asia moliens a legatis eius oppressus est. Cæsar seditionem ueteranorum cum magna perniciē motam inhibuit: iapidas: dalmatas: & p̄anonios subegit. Antonius Artiniridem Armeniæ regem: fide data per defectum in uincula coniici iussit: regnumque Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit: quam uxoris loco iam pridem captus amore eius habere cœperat.

c Aius Cæsar in Illyrico dalmatas domuit: Cum. M. Antonius ob amorem Cleopatæ: ex qua duos filios habebat: Philadelphum: & Alexandrum: neque in urbem uenire uellet: neque finito eius tempore triumuiratus imperium deponere: bellumque moliretur: quod urbi Italiae inferret: ingentibus tam naualibus: q̄ terrestribus copiis ob hoc contractis remissoq; Octauiae sorori Cæsaris repudio: Cæsar in Epyrum cum exercitu traiecit. Pugnae deinde nauales & plia equestria secunda Cæsaris referuntur.

EX LIBRO. CXXXIII.

c Aius Antonius ad ictum classe uictus Alexandriam profugit: obsessusq; a Cæsare in ultima rerum desperatione præcipue occisæ Cleopatæ falso rumore impulsus se ipse interemit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta: Cleopatra ne in arbitriū uictoris ueniret uoluntaria morte occubuit. In urbem reuersus tres triumphos egit: unum ex Illyrico: alterum ex ætiaca uictoria: tertium ex Cleopatra. Imposito fine ciuilibus bellis altero & trigesimo anno. M. Tepidus: qui lepidi triumiri fuerat filius coniurationem contra Cæsarem facta: bellum moliens oppressus: & occisus est.

EX LIBRO. CXXXIII.

c Aius Cæsar rebus compositis: & omnibus prouinciis in certam formam redactis: Augustus quoq; cognominatus est: & mensis sextilis in honorem eius appellatus est. Cum ille conuentum Narbonæ egit census a tribus galliis: quas Cæsar pater uicerat: actus. Bellum cōtra bastarnas: & mefos: & alias gentes a. M. Crasso refertur.

EX LIBRO. CXXXV.

b Ellum. M. Crasso aduersus thracas a Cæsare aduersus hispanos gestum refertur: & Salasi gentes alpinae perdomiti.

EX LIBRO. CXXXVI.

g Ræcia a Tyberio Nerōe: & Druso Cæsaris priuigno domita. Agrippa Cæsaris gener mortuus & a Druso census actus est.

EX LIBRO. CXXXVII.

c Iuitates Germaniæ cis rhenum & trans rhenum positæ oppugnantur a Druso: & tumultus: qui ob censum exortus in Gallia erat: compositus. Ara Cæsari ad confluentem maris & rhodani dedicata: sacerdotique creato. C. Iulio Vercondari dubio heduo.

EX LIBRO. CXXXVIII.

c Hraces domiri a Scipione. Item cerusci: cenchrei: cauci: aliaque Germanorum trans rhenum gentes subactæ a Druso referuntur. Octauia soror Augusti defuncta ante amisso filio Marcello: cuius monumenta sunt theatrum & porticus eius nomini dicata.

EX LIBRO. CXXXIX.

b Ellum contra transrhenanas gentes a Druso gestum refertur: in quo inter primores pugnae sunt. T. Senectius & Anectius tribuni ciuitatis neruiorum. Dalmatas: & pannonios Nero frater Drusi subegit. Pax cum parthis facta est signis a rege eorum: quæ sub Crasso: & postea sub Antonio capta erant. redditis.

EX LIBRO. CXL.

b Ellum aduersus Germanorum trans rhenum ciuitates gestum a Druso refertur: ipse ex fractura equo super crus eius collapsus. xxx. die: quâ id acciderat: mortuus ē: corpus a Nerone fratre: q̄ nuncio ualitudinis euocatus: raptim accurerat: Romam reuectum: & in. C. Iulii tumulo conditum. Laudatus a Cæsare Augusto uitrice: & supremis illius funeribus plures honores dedit.

PRÆSENTIS CODICIS HAEC SVNT CAPITA OPERVM.

Io. An. Episcopi Aleriensis ad Summum Pont. Paulum. ii. Venetum: & Marcum Sancti Marci Cardinalem epistola.	Fausto
T. Liuii patauini historici primæ decadis præfatio.	Facturus ne.
T. Liuii patauini historici ad urbe condita decadis primæ liber primus.	Iam primum
Liber secundus	Liberi
Liber tertius	Antio
Liber quartus	Hos
Liber quintus	Pace
Liber sextus	Quæ
Liber septimus	Annus
Liber octauus	Iam
Liber nonus	Sequitur
Liber decimus	L. Gneus
T. Liuii patauini historici tertiae decadis præfatio.	In parte
T. Liuii patauini historici de secundo bello punico decadis tertiae liber. i. Missus.	

T. LIVII PATAVINI PRIMAE DECADIS.

Liber secundus.	Iam
Liber tertius	Hannibal
Liber quartus	Vtex
Liber quintus	Cum hæc
Liber sextus	Gn. Ful.
Liber septimus	Hic
Liber octauus	Cum
Liber nonus	Scipio
Liber decimus	G. Scru.
T. Liuii Patauini historici Quartæ decadis præfatio.	Me quoq;
T. Liuii Patauini historici de bello Macedonico: & asiatico de quartæ li. i. Pacem	
Liber secundus	Consul
Liber tertius	Consules
Liber quartus	Inter
Liber quintus	Principio
Liber sextus	Cornelium
Liber septimus	Cornelio
Liber octauus	Dum in
Liber nonus	Dum hæc
Liber decimus	Principio
Lucii Florii Epitoma decadum quattuordecim.	T. Liuii Patauini Historici in centum & quadraginta libros distinctum.
	Aduentus Aeneæ.

M. AN. SABELLICVS. MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO BENEDICTO CORNARIO PATRITIO VENETO SALVTEM.

Nihil hominum memoria utilius fieri cōtigit. Benedicte uir ornatissime q̄ quod uetus iactura quā latina lingua tam belloꝝ q̄ tēporū iniuria multis retro ætatibus fecerat paucorū hoīum industria nobis refarciretur: exhaustæ profus consumptæq; erāt bibliothecæ: Romanus sermo barbaricæ foeditatis seruitio p̄ssus: facie situ & s̄q̄lore obducta: p̄ re sordida & neglecta i obscuro eē: nec si qua iterim i genia emergere: q̄ rem tantā auderēt seruitio adimere ob ipsam librorū inopiā multū proficere poterāt: multi uariq; hoīum conatus extitere: sed i utiles illi & irriti oēs: & iā nihil aliud norant nostra tēpora q̄ uetera desyderare: & quæ semel deplorata essent perpetuo lugere. Quū noua hæc & inopinata i primēdi ratio q̄ si munus quoddā celo demissum maiore oīno admiratiōe q̄ spe futuri successus p̄dit in aptum. Quæ res incredibili celeritate nō Italiā modo sed totā pene Europam mira librorū referit opulentia: uerū sæpe fit ut spes spei gradū faciat: pleriq; his paucis annis partim noua scribēdo partim quæ uetustate corrupta erāt in itegrum restituendo rē auspiciatissime inchoatā mirum imodum iuuerūt: Velles tam i hoc publico successu ut q̄ ad recognoscēda emēdandaq; aliōꝝ scripta librariis officinis suā operā locarūt cōmunis cōmodi maiorē q̄ sui rōnem habuissent: effecissent illi haud dubie nisi q̄stui nimīū studuissent ut nihil hodie aut q̄ paucissima i multiplici & uaria lectiōe desyderaremus: Cæterq; eorū uel icuria: uel negligētia ita accidit: ut nūc quoq; multi uelut am fractus passim lectoribus occurrāt: q̄bus sublatis facilior oīno conatus fuisset ad bonarū artium studia capeienda: Id ego uitiū quū in aliis ægre: tum in Liuiō qd̄ toties imprimi cōtigisset ægerrime ferebam i quo pene plura mercenaria opera q̄ ulla tēporū iniuria iuenterat. Nec interea solus ego eam molestiā sentire. Erant & alii q̄ plurimi q̄ ob id ipsum eā lectionē cunctantius adirent: quū nulla alio quel utilior uel suauior adiri posset. Huic igit̄ multorū siue q̄rela: siue sollicitudini occurrēdū ratus Bernardinus Herasmius Nouocomēsis hō ut te non ignorare arbitror fide & iudicia singulari a me nuper petiit: qua potissimū ratione Liuiū in integrū posset restituere: cui ego uetustissimo aliquo exēplari opus esse respōdi: ut pauca hæc quæ ex tāto naufragio fragmēta adhuc restant emēdatius legerent: tum ille q̄do id inq̄d haud facile datur: tu si potes da opam quæso ut clarissimā historiā aliq̄to integriorem nouæ i pressioni subiiciamus. Recepi ego quū ipsius cā tum ut iis qui sacra colūt litterarū aliquid gratificarer me id facturū: sed quū multo plures loci q̄ purarā uno atq; altero exēplari paḡ integri occurrerent p̄ magno habui negotio cum iis quæ obseruata a me eēnt uetustioris libri alicuius lectiōnem conferre: q̄ diutissime requisitus: ex ornatissima Bibliotheca tua officiose mihi est demū oblatus. Multa fateor eram i medio relicturus quæ lectiōe illa cōfirmatus a uitio uīdicare p̄seuerauī: Cōtra plura q̄dem i eo sunt quæ nihilo sinceriore fide (ratione enī & auctoritate conuincitur) quam i cæteris notata dephēdi: quorū ratio ut aliquāto tibi facilior cognitu esset: quum decadū ordide tum librorū seruato ad ducentos & amplius locos tibi certa serie digessi quibus sapientissimo iudicio tuo p̄suatis facile prospicies uerissimum esse illud sophoclis gratia gratiam parit qui quum cæteris paribus satis emēdatū mihi librū concesseris pari officio acceperis per quæ illum adhuc emēdatiorē habere posses. Vale.

M. ANTONII SABELLICI BREVISSIMAE IN LIVIUM ANNOTATIONES LOCIS SVO ORDINE AVT IN INTEGRVM RESTITVTIS: AVT IN FRONTE NE QVID TEMERE OFFENDERETVR BREVI INDICE RELATIS.

PRIMO LIBRO.

Facturus ne sim ope precium sic uulgo oēs liuiani codices habēt: uerū Fabius Quintilianus docet nō ita liuium exorsum: sed facturus ne opere precium sim atq; eo auctore ita reponendum curauit.

Nec illud ferendum duxi qđ tam recētia q̄ uetera exemplaria habēt rege philemene ad troiā amissō: quum Homeri lectio manifeste demōstret philemenē esse legēdum eius carmē ex secūdo iliados est.

Quid illud: ubi primum inquit ex profunda emerfus palude eques curtius inuado statuit curtium lacum appellarunt: ego lectorē admonui uideret ne curtium legēdum sit potius: ut ueteri uoce usus. Liuius quod & Maro & Hēnius fecere eques p̄ equus posuerit: statuit enim actiuo significatu hoc loco accipias necesse est.

Plura: Exemplaria habent lex horrendi criminis erat: ubi nos Ciceronem pro rabirio secuti integram uocem carminis pro criminis reposuimus.

Tullios inqt feruilius Quintios Geganios Curiatios Cloelios: Dionysius inter illustres familias quae Ex alba romam traductae sunt nō Tullios sed Iulios quod satis constat eam familiam ex alba oriundam refert: quod cum ita sit iulios libentius legerim q̄ Tullios.

In album ait elata: Ceterum si quis Macrobiū & alios plerōsq; respiciat relata liuium potiusquā elata scripsisse dixerit.

Aruns inqt Tarquinius & Tullia minor prope cōtinuatis funeribus: sed maior uerius legitur: nam si Aruns minor natus fuit fratre qđ Dionysius scribit: oportuit maiorem tulliam periisse quae Tarquinio maiori natus nupserat.

Itaq; promptinae manubiae. Ego pometine. Dionysio & Liuiio Auctoribus reposui uterq; auctor ē promptinae capta: eius praedae manubias in capitolini templi erigendi usum a rege sepositas.

Quaedam exemplaria habent Et collatinus cenabat & Tarquinius Egerii filius: uelut Tarquinius a Collatino diuersus ē: dionysius auctor est Egerii filium Tarquinium Collatinum appellatum: quare altera particula Copulatiua tollenda est.

Illud licet mutare nō ausim: moneri tamē lectorē oportuit: uideret ne: Valesi, p̄ Volesi sit legēdū: & Valesii nō multū diuerso loco p̄ Volesii. Fabius auctor ē Valesios & fusios p̄ Valerios & Furiis a ueteribus usurpatū.

SECUNDO LIBRO.

Omnia Liuii exemplaria Aurelium posthumium habēt: pro eo qui ad Regillū lacū latinos uicit dionysius & alii Aulum posthumium non Aurelium scribunt.

Ad eo in alteram causam non collega solum praeeperat sed omnis factio nobilium & si non noua est uerbi apud Liuium usurpatio tamen uideat lector ne praiceps erat aut ierat sit legendum.

Apparuit cā plebis suā uicē indignantē magistratu abiisse: sic plerq; habēt exemplaria sed plebeis uera ē lectio: quia suam uicē dixit uideo & plebi posse legi sed prior lectio uerior sequitur. n. profecutisunt

Cum equis fabio cōsule pugnātū ait liuius quū a militibus deserta ē in acie res publica sed duobus locis aduersus ethruscos prouinciam illi datā dixit quare alterum falsum omnino esse oportet.

Consilia conferunt de Romano bello haud facile credebant plebem suam impelli posse sed ego ob ea quae sequuntur sua uolentius quam suam legerim.

Plebei: magistratus tribunitiis comitiis fierent: sic pluribus locis: gellius tamen docet tribunitiis comitiis nō tribunitiis esse legendum.

LIBRO TERTIO.

Sp. furius fusius furios fabios scripsere qđā. Ex q̄ lectiōe nullus elici pōt sensus uideū igit ne uerior sit lectio. Sp. furius siue fusius: fusios furios fabius & qđā scripsit: nā & uetus codex Fabius hēt.

Si uos urbisq; si uestri nulla cura tangit ex hac quoq; lectione ob coniunctiuam particulam nihil sequi potest quare uera lectio est si uos urbis Quirites si uestri nulla cura tangit.

Equites item suae cuiq; parti post principia collocat ceterum an suae queng; parti sit uerior lectio ipse lector uiderit.

Distenderent hostium copias: sed cur nō distinerent potius?

Relicto exercitu castra locat: si exercitum reliquisset non erat opus castrorum metatione quare reliquo exercitu melius tu uide quae praecedant.

Ibi a legatis seu fossam fodiens palo innixus seu cum araret: sed cur non bipalio aut palae potiusq; palogendum sit: si fosse fodiendae erat intentus.

De uirgine adeo foede ad libidinem petita: ego Virginia reposui. Iu. Virginia forme & liuius paulopost manes uirginiae: rursus. M. Claudius uirginiae assertor.

P. Numitorius puellae auus: sed auunculus legendum ut frater matris Virginiae ē: nā si pater fuisset nō uideo quo pacto tam gradis natus tribunus postea fieri potuisset ceterū Liuius haud multo post iteq; corrupta a librariis dictiōe uirginii auunculū uocat quū uirginiae haud dubie legi oporteat.

LIBRO QUINTO.

Lauinium pro lanuuiio quinto libro & pluribus locis mēdose legere est: Lanuuii ut Cicero clare demonstrat: fuit hospitae iunonis templum & non lauini.

LIBRO SEXTO.

C. Marco omnia exemplaria habent: pro C. Marco duo n. prænomena Romanorum nemo habuit: Eodem libro promptina pro pontina legere est siue pomerina.

In quibusdam codicibus nec adeo paucis mēdose Claudius pro Cincius eodem libro legitur.

LIBRO OCTAVO.

Ad saturæ flumē: sic plura exemplaria habet: sed Asturæ legēdum Plynius auctor est: & Liuius haud multum diuerso id loco demonstrat.

LIBRO DECIMO.

Qui in hostium exercitu peditum quadraginta trecentum triginta: ubi trecētum pro trecentum repositum alioquin trecētos legēdum erat.

TERTIAE DECADIS. PRIMO LIBRO.

Duas legiones romanas: & quadringentos quinquaginta sociorum: Vera & sincera lectio est: quod Polybius plane demonstrat duas legiones romanas & quattuordecim millia sociorum.

Nec ita multo post Mille equites socios sexcentos Romanos Gallia eodem uersa habuit ubi post mille quadringētos quinquaginta ponit Polybius: quo apparet: utrobique librorum incuria Liuianæ lectionē deprauari: cōtigisse: erit id facilius iudicatu si quis romanæ militiæ sit uel mediocriter pitus.

Additi equites libyi phœnices huius quoque loci lectorem ad monendum duxi quādoquidem oēs ferre Liuiani codices diuisis dictionibus id habeant: quū libyphœnices sit dictio uno spiritu enūciāda.

Hannonem Amilcaris filium: Polybius Bomilcaris filium habet quod eo magis placet quia Hannibal fratrem in Hispania potiusquam alium Hannonem relictum crediderim.

Ridiculum pene est quod dicam plurima Liuii exemplaria Hanno nonis cis hiberum in puīcia erat. Quum haud dubie legendum sit Hannonis cis hiberum prouincia erat.

Cecilius q. cremonis iugum uide ne ceutronis uel centronis ut Plinius ait sit legendum Strabo una inquit uia per salassos ad montes poeninum ducit iumentis inaccessibilis altera per centrones plixior.

Excito deinde scipione hibernis stoicosis. Vetus codex stoicohis habet sed neutrum ut ingenue fatear inteillgo. Verum haud omnino absurdum sit si quis hosticosis legat ab eo quod hosticum sit qd: & in pacatum: nam hyberna illa ob incursum hostium fuerant inquietissima.

Lauinii hostiam se mouisse: & paulo post donum auri Lauinium Iunoni portatum est: uerum satis constat ut supra monui Lanuuii esse legendum & Lanuuium quia ibi uino sospita: ide hastam se mouisse non hostiam uero similis est Liuium scripsisse: quod hostia mota sit i prodigiis nunq̄ quod scia est legere sed hastam idem auctor alibi Hastam martis preneste motam pro prodigio nunciatū qd Iunoni fuerit hasta Homerus & alii demonstrant: idem Liuius alibi pōtiffices hastas motas nunciare uere & lanuuii simulachrum Iunonis sospitæ lachrymasse.

Ob hoc ratus auspiciis emendis latinarumque feriarum mora ita uulgo habent recentiora exemplaria uetus codex emendandis habet ego monui ut uideret lector ne emendandis sit legemum:

C. Seruilius & Gn. Flaminius: sic plerique codices habent pro eo quod non C. sed Gn. Seruilius scribendum fuit & C. Flaminius non Gn.

Quidam etiam habent: & caput speciem cæli ardentis fuisse ubi caput pro capuæ audacter reposui Iunonique sospitæ Lauinii: At lanuuii ut dixi integra est lectio Cicero & Liuius auctores:

Donec insuper eques hæc in acie trasimena ubi insuber reposui Polybius auctor est insubres a Flaminio olim uictos: eorumque fines populos.

Profectus præputianum agrum deuastat Polybius per brutianum scribit Plinius uero pretutianum tu quem potissimum ex tribus sequendum putes uideto.

Consanum portum ego Cossanum repōsi est cosa ut Plinius ait oppidū ethrurie littorale alii cossas appellat nec de cosa Fluuio qui apud frusinonem labitur itelligi pot: neque n. celebre ad mare fert nomen: neque ea ora legēda fuit ex urbe Roma in Hispaniam nauigatibus.

Fortunæ minas saxa: quod saxa literni dicas ratione caret palustri enim loco est id oppidum uide igitur ne formiana saxa uerior sit lectio ut legatur inter formiana saxa: & literni arenas: nam nō procul inde formiæ sunt: & præneste inde procul est ubi fortuna colebatur. Cæterum saxa montium arenas & stagna non sunt fortunæ minæ sed naturæ.

Iam fame sedendo & cunctando bellum gerebat. Ego ferme potius legerim tu uide utrum malis.

In hispania lergauonensium: ubi llercaonensium ptolemæi auctoritate reponi potuit: sed hoc quoque i medio relinquo.

Mœnia insula uastata Plynius eam insulam mœnicem uocat Ptolemæus myrinta tu quid potissimum sequere maturius uideto:

Vt a populo crearetur qui prodictatore eet sed pdictator uera est lectio ut sit prodictator uelut proconsul & proprætor.

Vt dictator pro dictatore diceretur ex qua lectione nihil sequitur legendum igitur pro prodictatore: sit sensus fabius factum est: ut dictator sit dictus quum uere prodictator fuisset.

Se quo die uidisset hostem profecturum tu uide ne profligaturum legendum sit potius.

Quid inter armatam iuuetutem censes futurum: multo uerius facturum legerit aliquis: nam si futurum scripsisset Liuius: quem aut qualem nō quid dixisset.

Donec res eadem manebunt: sed melius eadem.

Nunciari iam efferenti signa porta collegæ iussit: obnunciari uerius quid obnunciare esset pedianus: & Cicero docent.

Ex septem milibus armatorum sexcenti extiterunt qui erumpere auderent supra triamilia & sexcetos erupisse dixit quare uide ne triamilia reponenda sint.

Ad nobilitadas Romana clade Cannas miror persuasum esse non paucis Cannas eum fuisse locum que hodie Canusium dicunt nec aduertunt Liuium: seorsum Canusii a cannis mentionem fecisse sed is uicus fuit qui hodie corrupta uoce haud procul ab aufidio Cannelæ uuglo dicuntur: ipsius quoque fluminis uoce imutata Lophatum locorum in colæ ut audio appellat: id admonui quia illustres quidam rerum scriptores aufidum diuersa italiae parte nominant quum is de quo nunc agitur in Apulia sit.

Hic miles magis placuit cum pretio minore redimi quam captiuorum copia fieret ex qua lectioe nihil sane elici potest: quod ex omni parte quadret: ego sic reposui quum pretio minore redimendorum captiuorum copia fieret.

Nec his sexcenta millia hostium obstiteret: ego quadraginta millia potius legam at qui hunc numerum notatum iuenerant per duo Elementa. xl. mox præpostere notatis: reddiderunt numerum longe maiorem: quod quadraginta sit legendum ea ratione adducor quod Hannibal cum quinquaginta millibus in aciem ad cannas processerat ex his circiter. x. milia in prælio occubuerat quo factum ut per hunc hostium numerum romani noctu euaserit sed error ut dicit errorem peperit: ut ex. xl. milibus. lx. primo librariorum in curia fecerit: mox ex sexaginta sexcenta scribi contigerit: scio esse qui sexcentis scribant referentes id ad numerum erumpentium sed ille maior omnino fuit.

Quanto ante maior hæc clades superioribus Cladibus fuerit: at sincerior lectio erit si quis autem pro ante reposuerit.

LIBRO TERTIO.

Hæc quum dixisset gladium in publicum trans maceriam hosti abiecit: ego horti libentius legerim: quam hosti ex quo nihil sequitur.

Ferre ex agris undique conuecto: sed farre ex ueteris codicis collatione dictione in integrum restituta legendum monui.

Structisq; rohis uescebantur: & si pro certo ponere non ausim donec tamen alius meliorem inuenerit sententiam strictis rubis haud grauate legam.

Aræ tantum retentæ Ego lectorem monui uidere ne arces uerius quam aræ legeretur.

Signa Lauinii ad iunonis sospitæ bis supra ostendimus Lanuium esse legendum non Lauinium ut mendose habent ueteres: & recentes liuijani codices.

Ad Lucinæ iunonis templum egressi sic plura habent exemplaria uerum lacinia quis ignorat ueror est lectio.

LIBRO QVARTO.

Locus ibi erat frequenti silua Lucus coniectura prius mox libraria fide usus: reponere non dubitauim.

Antiquamque frequentia eorum recipere: at uidendum est ne liuius uirorum potius quam eorum scriptum reliquerit.

Deinde cæteros auctores sumouet Andronodorus sed nemo non tutores legendum esse dixerit quum Andronodorus: & quindecim alii cum eo tutores puero relictis essent.

Ut multis post annis fuisse non negarim ubi ita pro ut & fecisse pro fuisse: coniectura haud inepta: in fronte: admonendi lectoris gratia ascripsi.

Claudinus famnis: posset & Caudinus a Caudio oppido scitis apte legi: uerum quia: & Claudium in famnio reperio: nihil mutare sum ausus.

Tarentum triduo antequam hannibal ad mœnia accederet a. M. Valerio proprætore missus Is: ex qua lectio ne plane datur intelligi deesse nomen eius qui missus sit nec postea a Liuiio ponitur. Sed Liuium Salinatoris fratrem intelligi uolo ut liuius alio loco demonstrat quum Cicero aliter sentiet quo præsidium tenente Tarentum est annibali proditum:

Prætore in Acradinam cum iuuentute populorum fugiunt: ego popularium Liuium scripsisse crediderim nam populorum hic ratione caret.

Naues iunctæ aliæ binæ ad quinquereemes ex qua lectione quid si qui possit uideant illi si possunt qui ita scripsere Ego aliæ a binas quinquereemes lego ut singulæ naues duabus essent quinquereemibus per cinctæ ut ab utraq; parte unam haberent: sicque onerariæ remis agerentur.

Hos sacros Lacus locosque: multo tamen uerius lucosque meo iudicio: quod alio etiam loco ex uetusti Codicis Collatione feci.

Ut proditis que septemuirali iudicio esset quid septemuirale iudicium hoc sibi loco uelit ut ingenue fatear haud intelligo quare uide an semet uirali iudicio legi possit ut nouo quodam modo sit a liuiio dictum sed in ea consultatione prius usurpatum ut esset sensus suo ipsius iudicio Altinium persuasum habuisse oportere se impune uariare proditionem.

Documentum autem dicant statui oportere Emendatiores codices habet ducant ego dicant potius legeri.

In iugularioque uico sic uulgo scriptum reperio. Ego iugario eiusdem liuii auctoritate legendum putauim qui li. xxxvii. A porta inquit iugario uico in forum uenit.

Ab altero prætoris sempronio Tuditano Aternum expugnatum ego in gallia ubi res gerebatur Aternum non reperio quare uide ne Cliternum sit legendum quod plures Cliternam & non Cliternum scribant Addo quod. lxx. hominum eo loco capta scribunt quod in nulla galliæ urbe non modo in ignobili una eueniri potuisset quare septem millia potius legerim.

LIBRO QUINTO.

Nec in secreto modo atque intra parietes ab hostibus tenebatur. ro. ritus sed in publico etiam ac foro capitoli quoque mulierum turba erat uide ne poste & non ab hoste quod quadrare non potest sit legendum.

Ad Alliam prope omnis exercitus fuit sensus & ratio contra librariam fidem arguunt fugit a Lauio non fuit: scriptum quod historiae uel mediocriter eruditus plane colligat.

Alterius postea est aucta dedit Curato auctoritas euentu omnia uetera & recetia quae uidimus exemplaria sic habent: uerum non inepte ut mihi uideor pro dedit curato declarato reposui: ut sit ordo alterius carminis aucta est auctoritas declarato euentu.

Amnem troiugenam Cannam Romanae fugae: mendose & hoc carmen uulgo notatum uideo quasi Aufidus aut Cana troiugena dici possit Amnem troiugenam Cannam legere perseverarunt: Ego troiugena reor legendum ut cum romane iungatur: nam romane ibi uocandi casus est: ut sit ordo o romane troiugena fuge Amnem Cannam.

Triginta passuum millia ab urbe: si quis attendat quae non multo post sequuntur facile deprehendat mendose numerum hunc positum id ego secutus quum ad Vetus Codicem confugissem tria milia habere repperi: quae lectio uerior uero est.

Præsidii datis qui commeatu eos prosequerentur: aut præsidio scribendum est aut quae quod uetus Codex habet & non qui legas oportet.

Cuius aduentu qui ante in exigua spe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant ultro ad transendum hostem uocabant: ubi quia nihil ex ea lectione sequebatur ex uetustioris codicis collatione: uocati erant reposui.

Sensu non satis pertinente ad omnia tu uide ne pertendente sit potius legendum.

Satis prosperos euentus ad traiciendum in Sicilia habuit: pro euentus: ego uentos reponendum ab initio putauit ob ea quae sequuntur uetusti inde Codicis fides accessit qua freti in restituenda ditione audacius perseveraui: haec plura dixi quia euentus non multum discrepat ab eo quod dicitur.

Etiam non suae fortunae consilium perturbat: ita plerique habent quidam uero & in his uetus codex & non Coeterum melius etiamnum: & duobus post uersibus fidem cuius facere potest: alii non pauci legunt: sed pro cui ius ego cui uis feci.

Cogor uestram omnium uicem quod difficilimum in lectu est unus consulere: sic uulgo scriptum reperio: sed librariae fidei ratione obiecta consolari legendum esse & non consulere contenderim.

Quia sub lucae publica pabulum lignatum & prædatum quidam dilapsi fuerant: haec loquendi ratio: ut noua ita apud Liuium receptu difficilis quare uide ne pura sit legendum: & non publica.

Libyphoenicus Generis Hippocinatis: sed libyphoenicus Generis Hipponatis: melius implet aures libyphoenix nominandi casus est: & non libyphoenicus hippo ad haec oppidum africae nobile unde hipponas hipponatis uideri potest deductum: uerum haec coniectura est.

LIBRO SEXTO.

Obsidebatur tam carius quam oppugnabatur uera tamen lectio est acrius non carius.

In specie honorum erant honore detrectantibus: omnia fere exemplaria sic habent. Coeterum nisi erat legas nihil sequitur: ut sit sensus negligere honores honori dabatur detrectantibus.

Sedica oram Lauiniū premisit: tu uide ne secundum legi oporteat alioquin quod sedica sibi uelit non reperio. Inde præter interamnem Nequinum: infregellanum agrum ad lirim fluuium uentum ipse: Aquinum restitui: nam Nequinum procul idem est: & tam auersum quam quiduis aliud auersissimum.

Circa urbem in monte etiam Albano atque arce Esulana ponunt. Vetus Codex elufana habet sed utrunque mendose legitur. Tusculana igitur uera erit lectio Tusculi. n. arx fuit eaque maxime celebris in toto latio nec procul alba locus est.

Illud quoque monebo hoc loco uulgo recentibus Codicibus & quod magis mireris aliquanto uetustioribus mendose legi lauicanum pro labicanum: labicum latii oppidum apud plures legere est Lauicum quod sciam scribit nemo.

Nullos aptiores iter conualles tectaque hortorum & sepulchra uacuasque undique uias ad pugnandum futuros Cur uacuas legi possit non uideo si iter conualles & impedita loca melius numidas equites pugnatos dixit: quare uide ne in uersa dictione uacuas pro eo quod Liuius Cauas scripsit librario fecerit incuria.

Post profectionem Hannibalis mortui inuenti hoc plerique habent Codices alii quod magis placet non mortui habent sed magni.

Caelius Romam eunte a freto diuertisse Hannibalem tradit sed ille a Capua. i. procul & mari uenerat nec ad mare descenderat: nec fretum dixisset: si et ad mare uentum esset: quasi ignoremus quid fretum sit nec tamen ex ipso freto siculo Hannibal uenisse dici potest quum statim subiungat ab Reate quod sabrinorum est oppidum ergo ereto non freto legendum illustres locus Eretum in sabino agro supra tyberim quae dictione apud Valerium de prauata in integrum in plinianis obseruationibus amendo uindicauit.

Præterque oppidum sulmonem instituit in Martianos transisse uideat lector ne Marrucinos sit legendum

qui pelignis sunt affines: Sed coniectura hæc:
 Quæ summa ope apparatus erat ne impediri posset: placuit ab initio properata legere: inde uetustus co-
 dex ostendit appropinquata Veriorem esse lectionem.
 Pari in Curia haud multum infra ut esset aliqua oratorum sedes scripsere quum nemo non perspicue
 intelligat Liuium Aratorum scriptum reliquisse.
 Decimoq; deinde uersu & quoniam nihil in Hânibale fuit: ubi q; pro quoniam reposui & proxima li-
 nea quod a Capuam attinebat mendose plærq; codices habuerunt: sed q; non quod uera erat lectio.
 Quidã etiam Codices de tradendis artibus urbium: pag; integra fide cæterum mendo æque notabili
 habuerunt: nos restituta dictione arcibus fecimus.
 Sedicinum ad hæc uulgo notatum uideo: Ego ut uerius ita libentius sidicium dixerim.
 Terræ secutæ defectionem hibla & Marcella nullibi locor; in Sicilia Marcella est sed Maccla ut quidã
 habent: ut alii magella.
 Corcyræ tenuis ab ætolia incipiente: sed circyra tenuis uerior erit ordo.
 Expeditionē subitã in originor; atq; appolloniã fines fecit: oia quæ uidimus exẽplaria sic habet q; er-
 ror locor; iscitia ē ortus: Oricũ. n. haud pcul appollonia ē quare oricinor; reponẽdũ ē p originor;.
 Et loco pene contiguo pro pelagoniam in quibusdam exemplaribus Paphlagoniam bis scriptũ repio.
 Præda ex pacto Romanis cessit: Cæterum nihil tale supra Romani pacti erant quare ex Naupacto Li-
 uium scriptum reliquisse credere est id enim oppidum tum captum a Roma. est.
 Ut per se non liceat palã Rome Crimina edicta facta ab inimicis uulgare uide quæso ne edita fictaq;
 sit potius legendum.
 Ex quo primũ aduersã gloriam pugnae cœperat: & hoc lector aduertat necesse est an primus sit legen-
 dum nam si primum aduerbium sit nõ procedit quoniam Marcellus priores honores bellicos fue-
 rat adeptus sed primus Romanorum ducum Hannibalem uicit.
 Inclusos onere eos: Ex iis quæ sequuntur tenere legendum est: & non onere haud dubie apparet.
 Siculisq; Romam præbuit sed siculis quoq; uera lectio ut sit ordo siculis quoq; obuiã egressis potesta-
 tem fecit ad eundi Romam adducens secum accusatores duobus uiris celeberrimis excidio duar;
 clarissimarum urbium: Syracusarum scilicet & capuæ quare nisi ac particulam demas ante celeberrimis
 neq; ordo: neq; sensus stare poterit.
 Capua fuluũ rerum Marcellum Syracuse habeant: licet plura exemplaria sic habeant: perspicue tamẽ
 apparet reum Liuium non rerum scripsisse.
 Quadragesimo deinde uersu est: Nec uictoris ira captis damnauerit pro capitis & totidem infra uersi-
 bus dum nequi maior q; quinquaginta iugerum agrĩ modus esset ubi nequi pro necui incuria nota-
 ri contigisse apparet.
 Nisi uellet in multas paruas Capere exercitum: Capere librarii fecerũt pro eo quod liuius carpere scri-
 ptum reliquerat.
 Auelia & a pestio: debitas ex foedere exigendo: Pestium in Lucania: aut Brutiis legere quod sciam non
 est: sed pestum ueram igitur lectionem a Velia & pesto esse haud dubie apparet.
 Et Paulum infra ille atque præceps cum armis procidit ante portam & si plæraque exemplaria id ha-
 bent proram tamen reponendum duxi is enim casus naualis pugnae est.
 Assumpto comite. M. Epicide nulli quod. Sciam Carthaginensium prenomen fuit Marco: uno igitur
 epicide legerim siue ut Uetustus habet codex inde epicide:
 Quam in eo minus sic multa habent exemplaria ubi pro in eo meo scribendum fuit res scio parua sed
 quia a pluribus non animaduersa idcirco non contemnenda.
 Dispositisq; perfidiis accuratio iam urbis: pauci quidem sed illi quoq; licet non multi emendandi codi-
 ces qui sic habent: ad custodiam Liuius scripserit pro eo quod illi accuratio iam mendose fecerunt.

LIBRO SEPTIMO.

In Lucanos transgressus ad Munistronem castra locat Ptolomeus Numistrum appellat & Plinius nu-
 mestrinos quo datur intelligi Numistronem non Munistronem integram esse Liuii lectionem.
 Tenere & darseteriorum quosdam uicos: Plinius & Ptolomeus Dasseretiorum habent.
 Corruptoq; arcis pfecto Bachindũ cœpisse Ptolomeus & alii Lichindũ legi oportere clare demonstrat.
 Omissio igitur actico bello: attico bello legi non potest quod utiq; tunc nullum fuit achaico p inde me-
 lius cui emendationi Uetusti Codicis lectio astipulatur.
 Dimis p achaiã boetiãq; & euboam decimis castris demetriadẽ in thessaliã uenit quo pacto euboam
 quã utiq; post se hẽbat & quæ insula est: ex achaiã uenerit in thessaliã nullo mō intelligi pōt: quia sci-
 licet fieri nõ potuit: Ergo boebam legendum: fuit. n. una ex urbibus thessalie Strabo Boebidem ue-
 ro lacum prope esse oportet quãdo quidẽ Boeba ex Circũiacentibus demetriadi urbibus una fuit.
 Erant autem in Celtiberico exercitu quattuor millia scuta tu inde ne scutorum sit legendum nam
 paulo post Celtiberorum inquit scutatis Cæsis.
 At demetriacum theotidis exposuit: at phthiotidis uerius legitur Plinius pegase inquit quæ postea de-
 metrias dicta est & confestim inde phthiotidis inquit montes Cæterum Theotis in thessalia quod
 sciam: legere non est.
 Et Circa Romanorum sociorumq; ductores Ceciderunt: omnia exemplaria id habent i qua lectione

ego omnino aliquid desydero.
Ad Cynum locridis Emporium ego inter locridem & doridem Cythinium non Cynum apud Pto.
& Plinium reperio tu uide utra sit lectio sequenda.
Vnde Com meatibus assumptis phileum Taphenumq; petit: neq; phileum his locis: neque Tapheneū
facile reperies Contenderim proinde philiunta, pheneumq; legendum esse utrunq; oppidum Circa
achaiam & archiadiam satis notum.

LIBRO OCTAVO.

Exercitum ab. Gn. Nerone: sed Claudio quis non uidet: scribi oportuit.
Libertas religione mentes turbant: nunciatum frusinone infantem natum esse quadrimo parem: at li
beras sine dubio legendum ut sit sensus id quod rursus nūciatum est puerum natum & cetera tur
bauit mentes scilicet. Ciuium iam liberis id est pristina religione solutas.
Flaminio Paulo, A. Graccho Posthumio Albino, A. neq; ratione neq; consuetudine pluribus. Liuianis
exemplaribus scriptum pro Aemylio reperio nam secundum nomen totum scribitur. Præterea pri
maq; diphthongum habente.
Pudet quædam obseruare quæ in Curia potius q̄ inscitia deprauari Contigisse crediderim uerum qa
uulgo mendose illa notata reperio haud superuacuum duxi ea in itegrum restituere ne errorem er
ror pariat: Viuerent inquit suo populoq; Romano beneficio ubi nemini non apparet suo populiq;
Romani beneficio scribi oportuisse.
Inde nauibus ad pitusam insulam sic uulgo scriptum reperio Cæterum Pityusam scribendum esse pli
nius Strabo & Ptolæmeus docent.
Locus Lautitiaque legatis præberi iussa: sed Lautia scribendum fuit si Plutarchi uera est opinio.
Drepanis atq; Eryce detraxisse Plinius Ptolemeus & Polybius Drepanum singulari non multitudinis
numero posuere.
Quantæ pecuniæ ager Iudicatus esset: Sed æstimatus aliter dixisset uide igitur ne indicatus sit legen
dum quia indici decima pars eius pecuniæ proposita esset.
Per agrum inquit Anxetanum & rursus Auxetanos Plinius tamen & Alii Auxetanos lagunt.
Dirachium uenisse parthinosq; & alias gentes montanas Plinius & Appianus Parthenos scribunt: ab
appiano reditur & nominis ratio.

LIBRO DECIMO.

M. Quintius Alimentus: Alibi Alimentius quod magis placet scriptum reperio.
Consulem profectum ab urbe inter portus Compsanum Lorentanumque atrox uis tempestatis ador
ta. Ego cofanum & Laurétinum libenter legerim: ut sit dicere iter cofam & Tyberim qui altera par
te laurentem agrum alluit nam & Ro. portum his locis habuere: alioquin neq; compsam: neq; lore
tum in ethrusco littore reperio quod in ora ethruriæ sit Consul tempestate iactatus datur ex eo in
telligi quod populonios periculo defunctum peruenisse ait.

LIBRO PRIMO QVARTAE DECADIS.

Cadini prope ipsi exciti ædibus suis exceperunt: quid apud Athenienses Cadini essent haud facile dixe
rim: reperio tamen apud Sycionios Carnos non Cadinos Sacerdotes summa rerum potitos.
Cypsela & dorison & Sèpheū: uera tamē lectio ē dorison sic Pli, Strabo & Pōpo. sic & uetus codex.
Saxa exuri dirui tecta: emendatius tamen Sata quæ lectio per se etiam facile deprehendi potest.
Eadem æchios Abidenos: Cæterum chios integra erit lectio: idem alibi neque inquit Ego chium ex
pugnaui sed prussiam expugnantem adiuui.
Signum Maliacum intrauere ad Colloquium cum ætolis perspicue patet sinum legi oportere uerum
quia plures sic habent id Circo lector obiter admonendus fuit.

LIBRO SECVNDO.

Trictam proximis limitibus petit quum thessaliam peteret uerum in thessalia triccam non trictam re
perio & si quidam triceam scribunt.
Phacium & pala oppida uno fere loco leguntur pro philacium credo & pella q̄q; hæc coniectura est ad
de quo plures philacem debent: tu uide igitur utra uera sit lectio ego enim utraq; in medio reliquo
illud non ignoro philacem in Emathia pelle proximam esse.
Dimisso Lucio Cui successerat nisi quum de duobus fratribus ueteres loquebantur solis præ nomi
bus nunquam usi sunt: quod cum ita sit Dimisso. L. Apustio liuium scripsisse Crediderim.
Achei portus & dat fiduciam postulantibus & demit: Verius ob ea quæ sequuntur dant & demunt le
gitur: Paulum enim infra de peloponneso queruntur Achei quod nulli sit rei aptior oportuniorq; q̄
nauali bello.
Quintius tenentem castra epiri nam loci munientis exercitūq; fretum castris exiit. Ego nō castra sed
claustra legi quod ex proximo loco potest intelligi Epiri ait Claustrisque illis.
Quodque clunii Abydenique qui procul a nobis passi sunt: quia Eleunta reperio ante abydum ab eo
captam: uideat queso lector an Eleuntii recte legi possit: nam ego nihil statuo.
Mirum est quanta sit in propriis noibus uariatio. Cuius rei pauca exempla subiiciam i exemplaribus
quibusdam: sperchias pro partaias Cymie pro Cumyne Angea pro Angeia Themna pro Theuma
Calathana pro Celatana: Acharra pro Acharrea: Pheca p Perecha: lisine p licinas. Stimō prostrimō

modo. Cercetius p Cercio: Eginium p deginium: Phanoea pro phanorhea: Iapolis pro iampholis
nec cum uaria noce tradantur: quia non usq; adeo celebrata sint noia apud alios auctores facile per-
spici potest utra uerior sit lectio: uerū quia illa quæ secundo loco referuntur: ex uetustiore sunt Co-
dice deprompta id Circo uero proximiora habenda sunt.

Pyli eius uxor libidinis causam in macedoniam apportatam: at supra polycratiam asportatam dixit q̄
re plane apparet polycratiam non pyli legendum esse.

Centum triginta isiaci lembi: tu uide ne Asiatici Liuius scripserit.

Quum. T. Quintius captis Elatella in phocide sed elatia legendum est require supra Phthias chinum
larissam: ptolemeus Echinum uocat: Strabo Echinam quo apparet chinū omnino mendose scribi.

LIBRO QVARTO.

Tertius liber belli macedonii non extat quod ex ipsa Epithome datur intelligi idque non aduertentes
plæriq; primum decadis huius uolumen parum Considerate in duo diuisere.

Et ascensis Argenti. cclxxviii. millia: Emendatiora exemplaria oscensis habent: nec tam ab eo credide-
rim qd̄ ueteres osca sacra dixerūt q̄ ab osca hispaniæ urbe argēti fodinæ i hispania plurime fuerūt:

Huius potius loci Consul. sed potius pro potius reponi placuit.

Iam ab leucada: Leucas oppidum fuit Leucates promontorium quare aut leucata legendum ē aut qd̄
magis placet leucade. Cicero ad tyronem scribens leucade dixit.

Posteriore die Quintius prope fluuium præter urbem sub ipsas Menali radices quum duceret copias
instructas pergīt: at uide quæso ne uerior sit lectio Circunducere copias instructas pergīt nam si cū
duceret legas pergīt non sequitur.

Philippei nummi aurei decē q̄tuor milia sed q̄tuordccī auctore Plutarcho i flaminio Liuius scripsit.

Nabidis filium Plutarchus Onabim & non Nabim uocat hunc ipsum Lacedemoniorum Tyrānum.

In citeriori hispania Iluciam. Ptolemeus Hiliciam scribit Plinius Ilici ex quo apparet cum u littera scri-
bi non oportere.

Censa Cuius capita. cxliiii. septingenta quattuor: nulli nō liquere potest millia particulam deesse quæ
post. cxliiii. reponatur necessum est.

Violetæ per sociorum iniurias Romæ amicitias: & si omnia quæ uidimus exemplaria sic habent Ro-
manæ amicitia tamen uera erit lectio.

Et iudem porticum extra portam trigeminam inter lignarios fecerunt: uetustus codex inter lignario
habet sic quoq; nisi opere adiungas non intelligo quid liuius sibi uoluerit.

Gytheum tueri posset sic semper apud liuium: Ptolemeus & Plutarchus Gythium ubiq; uocant.

Sinistrum aradios & ex pamphilia idetas. Emendatiora exēplaria Araclios habēt tu uide utrū seq uelis.

LIBRO SEXTO.

Propræto in prouincia retinere: qui uim loci non aduerterunt ex una uoce duas fecere: & nec quæ p
xime sequebatur integram manere passi sunt enim uero propretorem prouinciam retinere integra
est lectio. i. ut preprætor prouinciam teneret.

Pelæi & peleponenses uenerunt. Ego pelenei peloponenses legerim potius ad differentiam eorum qui
sunt in Macedonia nam utrobq; pelene est q̄q; Plinius utranq; palenem & nō pelenem uocet sed ui-
dendū ne elei Liuius scripserit nam Elei & Messenii extra conciliū fuere pelæi nullo modo legerim.

Habentem Bracilli necem at non Bracilli sed ob Rhacilli necem legendum est haud enim multo diz-
uerso loco ab Rhacilli morte dixerat.

Cum oibus terrestribus copiis in Billinum agrū pcedes Græciæ p̄sidebis & spem Romanis traiectu-
rum te p̄bebis: Cæteq; bellionum agrū aut bellionium legas necesse est: Belliones populi q̄ inter ori-
cum & appolloniam circa nympheū habitauere qua traiectus ex Macedonia i Italiam breuissimus.

His p̄fectis Cramonem cū toto exercitu primo aduetu cœpit: sed Strabo & Plinius nō cramonem sed
crannonē duplici. n. posuerūt sic Ci. & Fabius Quintilianus Cranonē Scopā dixere nō cramonē.

Præter ad regem & Cyrtonem in potestate erant: uide ne p̄ter Atracem & Gyrthonē legi oporteat Pl-
nius: Strabo: & Ptolemeus Gyrtonē uocat iuxtaq; atracē nō ad regē repio sed tu nil temere statuas.

Malleolam & Cyrechias. Ptolemeus quod magis placet chyretias habet: & non Cyrechias.

Super connos & mox inde opidum conni triginta millia ab larissa abest Ptolemeus gōnos appellat op-
pidum non longe a larissa.

Phaustum eadem celeritate capit: Ptolemeus phæstum & Strabo phrestum in his locis posuere.

Contiguus pene locis Eginum est pro Aegiū strabo est auctor & ipse Liuius egiēses paulo post scribit.

Pari incuria librarii Melibe pro Meliboea scripsere Lucanus est auctor & pellinenum pro pelineum
& Tacta pro Tricca: uide Strabonem & Ptolemeum.

Et ubi non multum infra Compisiliana est: haud meo iudicio inepte pro corrupta dictione Gomphi
& larissa reponerentur sed in his nihil muto.

Cannonem est profectus: supra Cramonem dixit sed utroq; modo mendose: Strabo Plinius Cicero
& Quintilianus Cranonem: docent esse legendum.

Thessalia est Thyote: & sinus Maliacus phthiote ut supra ostendi uera & integra uox est.

Et omnia usq; ad portus solis ubi pro portus emendatius ortus scripseris.

Ad torontum in sinu Manliaco Plinius & Ptolemeus Tronium in Maliaco sinu posuerunt.

Phalera in sinu Manliaco tenuit uerior credo lectio phalarna: sic Plinius: Romani ubi primum aquilones duo (namq; per aliquot dies ceciderant) tenuerunt uide ne denuo potius sit legendum & si apud Liuium non adeo usitatum.

LIBRO SEPTIMO.

Fabritium Lufinum emendatius luscinum scripsisset.

Post Naualem ad Caricum pugnam: sed Coricum legendum: sic supra.

Ab eleunte & Dardano & rhoetio. Strabo de his locis Dardanus iquit prisca res est & mox subiicit deinde pteleus lacus & rhytium caeterum elensam & eleam in phrygia reperio tu boni consule.

Rhodii contra classem ex syria uenientem ad terram indiarorum tetedere hoc quoq; aduertat lector ne Gnidiorum uerior sit lectio & enim res in medio est.

Qui in meridiem uergit Naufathemon ab re appellatur: ad melius naustrathmon nam & portum & nauium turbam significat.

LIBRO OCTAUIO.

Lucaniam & Myliadam utraq; dictione Corrupta exemplaria uulgo habent. Ego licaoniam & Misiã reposui proximus id liber demonstrat.

Librumq; rationis eius cum L. fratrem afferre iussisset spectante senatu suis ipsum manibus compressisse hic quoq; concepsisse restitui non temere: sed auctoritate fratris.

LIBRO NONO.

Tandem Iudicium hoc maxime modo ad posthumium consulem peruenit. Caeterum iudicium uerius de iudicio enim agitur & non iudicio.

Tum quoq; mutabundus petebat: & si omnia sic haberent exemplaria uisum est tamen minitabundus reponere quod Catoni conuenit & de eodem supra a multis laeso & laedendi cupido.

FINIS.

T. LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO.

Fabius ex am-
tri exor-
dio ait
Liuium
coepisse



ACTVRVS NE Operæpretium sim: si a primordio urbis res Populi Romani perscripsero: nec satis scio: nec: si sciam: dicere ausim: quippe qui cum ueterem: tum uulgatam esse rem uideam: dum noui semp scriptores: aut in rebus certius allatuos aliquid se: aut scribendi arte rudem uertustatem superaturos credunt. Vt cunq; erit iuuabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi: pro uirili parte & me ipsum cõsuluisse. Et si in tanta scriptorum turba mea fama i obscuro est: nobilitate ac magnitudine eorum: qui nomini officient meo: me consolet. Res e præterea & immensi operis: ut quæ supra septingentesimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initiis: eo creuerit: ut iam magnitudine laboraret sua: & legentium plerisq; haud dubito: quin primæ originis: & proxima originibus minus præbitura uoluptatis sint: festinantibus ad hæc noua: quibus iam pridem præualentis populi uires se ipsæ cõficiunt. Ego contra: hoc quoque laboris præmium petam: ut me a conspectu malorum: quæ nostrâ per tot annos uidit ætas: tantisper certe: dum prisca illa tota mente repeto: auertam omnis expertæ curæ quæ scribentis animum & si non flectere a uero: sollicitum tamen efficere potest. Quæ ante conditâ condendamue urbem poeticis magis decora fabulis: quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur: ea nec affirmare: nec refellere in animo est datur hæc uenia antiquitati: ut miscendo humana diuinis primordia urbium augustiora faciat: & si cui populo licere oportet consecrare origines suas & ad deos referre auctores: ea belli gloria est Populo Romano: ut cum suum conditorisque suis parentem Martem potissimum ferat: tam hoc gentes humanæ patientur æquo animo: quam imperium patiuntur. Sed hæc & his similia: ut cunq; animaduersa aut æstimata erunt: haud equidem in magno ponam discrimine: ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum quæ uita qui mores fuerint per quos uiros: quibusque artibus domi militiaeq; & partum: & auctum imperium sit: labente deinde paulatim disciplina: uelut desidentis primo mores sequatur animo deinde: ut magis magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites: donec ad hæc tempora: quibus nec uitia nostra: nec remedia patii possumus: peruentum est. Hoc illud est præcipue in cognitiõe rerum salubre ac frugiferum: omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri unde tibi tueq; reipublicæ: quod imitere: capias unde foedum inceptu: foedum exitu quod uites. Caeterum aut me amor negotii suscepti fallit aut nulla unquam res publica nec maior nec sanctor: nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tanfero auaricia: luxuriaq; immigrauerint: nec ubi tantus: ac tam diu paupertati: ac parsimonie honos fuerit adeo quanto rerum minus tanto minus cupiditatis erat: nuper diuitiæ auariciam: & abundantes uoluptates desyderium per luxum: atq; libidinem pereundi: perdendiq; omnia inuexere. Sed quæ relæne tum quidem grate futuræ: cum forsitan necessariæ erunt: ab initio certe tantæ ordiendæ rei absint cum bonis potius ominibus: uotisque ac precationibus deorum: dearumq; si: ut poetis: nobis quoq; mos esset: libentius inciperemus: ut oris tanti operis successus prosperos darent.

Histo-
riæ
usus

LIBER PRIMVS.



AM PRIMVM OMNIVM SATIS CONSTAT TROIA CAPTA in ceteros sævitum esse Troianos: duobus Aenea Antenoreq; & uetusti iure hospitii: & quia pacis reddendæq; Helenæ semper auctores fuerunt: omne ius belli achiuos abstinuisse. Casibus deinde uariis Antenor cum multitudie henetum: qui seditione e paphlagonia pulsi: & sedes & ducem rege pylæmene ad Troiam amisso quærebant: uenisse in intimum maris adriatici sinû: euganeisq; qui inter mare alpesq; incolebant: pulsi: henetos troianosq; eas tenuisse terras & in quem primum egressi sunt locum: Troia uocatur: pagosq; inde troiano nomen est: gens uniuersa Veneti appellati, Aeneâ ab simili clade domo pfugum: sed ad maiora rerum initia ducetibus fatis primo in Macedoniam uenisse inde in Siciliam quæretem sedes delatum: a Sicilia classe laurentem agrû tenuisse: Troia & huic loco nomen est. Ibi egressi Troiani: ut quibus ab immenso prope errore nihil præter arma & naues superesset: cum prædam ex agris agerent: Latinus rex aborigenesq; qui tum ea tenebât loca: ad arcendam uim aduenag; armati ex urbe atq; agris cõcurrunt. Duplex inde fama est: alii prælio uictum Latinum pacem cum Aenea: deinde affinitatem iunxisse tradunt: alii: cum instructe acies cõstitissent: priusq; signa canerent: processisse Latinum inter primores: ducẽq; aduenarum euocasse ad colloquium: percuctatum deide qui mortales essent: unde aut quo casu profecti domo: qui due quærentes in agrum laurentem exissent posteaq; audiuit multitudinem Troianos esse: ducem Aeneam filium Anchisæ & Veneris cremata patria & domo profugos sedẽ condendæq; urbi locum quærerẽ: & nobilitatem admiratum gentis: uiriq; animû uel bello uel paci paratû dextra data: fidẽ futuræ amicitiaẽ sanxisse: inde foedus ictum inter duces: iter exercitus salutationem factam. Aeneam apud Latinum fuisse i hospitio: ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse foedus: filia Aeneæ in matrimonium data: Ea utiq; res Troianis spem affirmit tandẽ stabili certaq; sede finiendi erroris oppidum condunt. Aeneas ab noie uxoris Lauiniû appellat. Breui stirps quoq; uirilil ex nouo matrimonio fuit: cui Ascanium parente dixere nomen. Bello deinde aborigines Troianiq; simul petiti Turnus rex rutulorum cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat: platum sibi aduenã ægre patiens simul Aeneæ Latinoq; bellû intulerat. Neutra acies læta ex eo certamie abiit: uicti rutuli: uictores aborigines Troianiq; ducem Latinû amisere. Inde Turnus rutuliq; diffusi rebus ad florentes opes ethruscor; Mezentiumq; eor; regẽ confugiunt: quæ Cære opulento tum oppido imperitans: iã inde ab initio minime lætus nouæ origie urbis: & tû nimirio plusq; satis tutum esset accolis re Troianã crescere ratus: haud grauatim socia arma rutulis iunxit. Aeneas aduersus tanti belli terrorẽ: ut aios aboriginum sibi cõciliaret: ne sub eodem iure solum: sed et nomine oes essent: latinos utranq; gentem appellauit: nec deinde aborigines troianis studio ac fide erga regem Aeneã cessere: fretusq; his aïs coalescetiû in dies magis duor; populor; Aeneas quãq; tanta opibus ethruria erat ut iam non terras: solum: sed mare et per totam Italiaẽ longitudinem ab alpibus ad fretum siculum fama nois sui impleset: tamẽ cû mœnibus bellum propulsare possset: i acie copias eduxit. Secûdum inde plium latinis: Aeneæ et ultimum operum mortalium fuit. Situs e: quæ cunq; eum dici ius fasq; est: super Nemicum flumen: louem indigetem appellant. Nõ dum maturus imperio Ascanius aeneæ filius erat: tamẽ id iperium ei ad puberẽ ætatem incolume mansit tantisper tutela muliebri (tãta indoles in Lauinia erat) res latia & regnum auitum paternûq; puero stetit: haud ambigam. Quis. n. rem tam ueterem pro certo affirmet: hiccine fuerit Ascanius: an maior: quã hic. Creuã matre Ilio incolomi natus: comesq; inde paternæ fugæ: quem lulum eundẽ Iulia gens auctore nois sui nuncupat. is Ascanius: ubicunq; & quacunq; matre genitus (certe natum Aenea cõstat) abundante Lauinii multitudine florentem iam ut tum res erant: atq; opulentam urbem matri seu noueræ reliq; nouã ipse aliã sub albano monte cõdidit: quæ ab situ porrectæ indorso urbis longa Alba appellata. Inter Lauinium & Albam longam coloniã deductã triginta fere interfuere anni: tatum tamẽ opes creuerant maxime fufis Ethruscis: ut ne morte quidẽ Aeneæ: nec deinde inter muliebrẽ tutelam rudimẽtûq; primû puerilis regni mouere arma aut Mezentius: ethrusciq; aut ulli alii accolæ au si sint Pax ita conuenerat: ut ethruscis latinisq; fluuius albula: quẽ nũc tyberim uocant: finis esset. Siluius deinde regnat Ascanii: filius: casu quodam in siluis natus. is Aeneam Siluium creat. is deinde Latinum Siluium. ab eo coloniã aliquot deductã. prisci latini appellati. māsit postea Siluius omnibus cognomen: qui albæ regnarunt. Latino Alba ortus. Alba Atys aty Capys. Capi Calpetus: Calpeto Tyberinus: qui i traiectu albulæ amnis submersus celebre ad posteros nomẽ flumini dedit. Agrippa inde Tyberini filius: post agrippam Romulus Siluius a patre accepto: imperio regnat: auetino fulmine ictus ipse regnum per manus tradidit: is sepultus in eo colle qui nunc est pars Romanæ urbis: biicit cognomẽ colli fecit: proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori qui stirpis maximus erat: regnum uetustum siluiæ gentis legat: plus tamen uis potuit quam uolũtas patris: aut uerecundia ætatis pulso fratre Amulius regnat: addit sceleri scelus: stirpem fratris uirilẽ iterimit: amulius



fratris filiae Rheae Silviae per speciem honoris: cum uestalem eam legisset perpetua uirginitate spem partus adimit. Sed debebatur: ut opinor: satis tantae origo urbis maximique secundum deorum opes imperii principium: ut compressa uestalis cum geminum partum edidisset: seu ita rapta: seu quia deus auctor culpae honestior erat: Martem incertae stirpis patrem nuncupat: sed nec dii nec homines aut ipsam: aut stirpem a crudelitate regia uindictant: sacerdos uincta in custodiam datur: pueros in proflu entem aqua mitti iubet. Sorte quadam: diuinitus super ripas tyberis effusus lenibus stagnis nec adiri usque ad iusti cursum poterat amnis & posse quis laeuada mergi aqua infantibus spe feretibus dabat: ita uelut defuncti regis ipso in proxima alluuie: ubi nunc ficus rumialis est rumularum uocata ferunt: pueros exponunt.

Lupcal

Dionysium ait tamen Romulum ab fuisse sacre ca

Amulius inter ficitur

origo urbis Romae

Mors Remi De nomine & condicione urbis ueteres opinio

Vaste tum in iis locis solitudines erant. Tenet fama cum fluitate alueum: quo expositi erant pueri tenuis in sicco aqua destituisset: lupam sitientem ex montibus qui circa sunt: ad puerilem uagatum cursum flexisse: eam sumissas infantibus adeo mitem praebuisse matrem: ut lingua labentem pueros magister regii pecoris inuenerit: Faustulo fuisse nomen ferunt: ab eo ad stabula delatos Lauretia uxori educandos datos. Sunt: qui Lauretiam uulgato corpore lupam uocatam inter pastores putent inde locum fabulae ac miraculo datum: ita geniti atque educati: cum primum adoleuit aetas nec in stabulis: nec hi ad pecora segnes: uenando peragrarum saltus: hinc robore animi corporibusque sumpto iam non feras tantum subsistere sed in latro nes praeda honestos impetum facere: pastoribusque capta diuidere: & cum his: crescente in dies grege iuuenum: seria ac iocos celebrare. Iam tum in palatino monte lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt & a Palatino urbe arcadica palatium: deinde palatinum montem appellatum: ibi Euandrum: qui ex eo genere arcadum multis ante temporibus ea tenuerit loca: solene allatum ex Arcadia instituisse: ut nudi iuuenes lycaeu Pana uenerantes per luxum atque lasciuiam currerent quem Romani deinde uocauerunt Inuum. Huic deditis ludicrum: cum solene notum esset insidiatos ob iram praedae amissae latrones: cum Romulus uel se defendisset: Remum cepisse: captum Amulio regi tradidisse: ultro accusantes crimini maxime dabant in Numitoris agrum ab his impetum fieri: inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum praedas agere: sic Numitori ad supplicium Remus dedit: iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari: nam & expositos iussu regis infantibus sciebat: & tempus: quo ipse eos sustulisset: ad id ipsum congruere sed rem imaturam nisi aut per occasione: aut per necessitatem aperire noluerat: nec essitas prior uenit: ita metu subactus Romulo rem aperit. Forte & Numitori: cum in custodia Remum haberet: audissetque geminos esse fratres: comparando aetate eorum: & ipsam minime seruilem indolem tetigerat animi memoria nepotum: sciscitandorum eodem puenit: ut haud procul esset quin Remum agnosceret: ita undique regi dolus nescit Romulus non cum globo iuuenum: nec. n. erat ad uim apertam par: sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus ad regem impetum facit: & a domo Numitoris alia comparata manu adiuuat Remus: ita regem obtruncant. Numitor inter primum tumultum hostes inuasisse: urbem atque ad ortos regiam dictitans: cum pubem albanam in arcem praesidio armisque obtinendam aduocasset: posteaquam iuuenes perpetrata caede pergere ad se gratulantes uidit: extemplo aduocato concilio: scelera in se fratris: originem nepotum: ut geniti: ut educati: ut cogniti essent: eadem deinceps tyranni sequens eius auctorem ostendit. Iuuenes per mediam concionem agmine ingressi cum auum regem salutassent: secuta ex omni multitudine uox consentiens ratum nomen imperiumque regi effecit. Ita Numitori albana re permissa. Romulum Remumque cupido cepit: in iis locis ubi expositi ubi educati erant: urbis condenda: & supererat multitudo albanorum latinorumque: ad id pastores quoque accesserant: qui omnes facile spem facerent: paruum albam: paruum Lauinium praesentem ea urbe: quae conderetur: fore.

Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum: regni cupido: atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio quoniam gemini essent: nec aetatis uerecundia discrimen facere posset: ut dii in quorum tutela ea loca essent auguriis legerent eum: qui nomen nouae urbi daret: qui conditum imperio regeret: palatinum Romulus: Remus auentinum ad inaugurandum templa capiunt: prior Remo augurium fert sex uultures: iamque nunciato augurio: cum duplex numerus Romulo sese ostendisset utrumque regem sua multitudo consalutauerat: tempore illi praescepto at hi numero auum regnum trahebant: Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem uertunt: ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transilisse muros: inde ab irato Romulo cum uerbis quoque increpitas adiecisset sic deinde quicumque alius transiliet moenia mea: interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus: condita urbs conditoris nomine appellata. Palatinum primum: in quo ipse erat educatus munit sacra diis aliis albano ritu: graeco Herculi: ut ab Euandro instituta erant facit: Hercule in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorat: ac prope tyberim fluuium: qua praesentem se armentum agens uenando traiecerat: loco herbido ut quiete: & pabulo leto reficeret boues & ipsum fessum uia percubuisse: ibi cum eum cibo uinoque grauatum sopor oppressisset: pastor accola eius loci nomine Cacus ferox uiribus captus pulchritudine bouum cum auertere eam praedam uellet: quia si agerem armentum in spelunca copulisset ipsa uestigia quarentem dominum eo deductura erat: auersos boues eximium quemque pulchritudine caudis in spelunca traxit. Hercules ad primam auroram excitus: cum gregem perstrasset oculis: & praesentem abesse numero sensisset: pergit ad proximam speluncam si forte eo uestigia ferret: quod ubi omnia foras uersa uidit: nec in parte alia: ferre confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum occcepit. Inde cum actae boues quaedam ad desiderium ut fit: relictasque mugissent: reddita inclusasque ex spelunca bouum uox Hercule conuertit. quem cum uadentem ad speluncam Cacus uel prohibere conatus esset: ictus claua fide pastorum nec quicquam inuocans morte occubuit. Euander tumea profugus ex Peloponneso auctoritate magis: quam imperio regebat loca: uenerabilis.

